

**Mizauld Antoine / Démocrite /
Synésius / Pizimentius, Dominicus
(éd.). Antonii Mizaldi [...]**

**Memorabilium, sive Arcanorum omnis
generis, per aphorismos digestorum,
Centuriae IX, et Democritus Abderita
de Rebus Naturalibus et Mysticis,
Cum Synesii et Pelagii Commentariis**

*Coloniae : apud Ioannem Birckmannum, 1572.
Cote : 39050*

10 Santé **39050**

ANTONII MIZALDI MON-
luciani Galli, Medici,



MEMORABILIVM, SIVE ARCANORVM OMNIS GENERIS;


PER APHORISMOS DIL-
gestorum, Centuria IX.

ET,
DEMOCRITVS ABDERITA, DE
rebus Naturalibus & Mysticis,

Cum
SYNESII, ET PELAGII
Commentarijs,
Interprete de Græca lingua,
Dominico Pizimentione Vibonensi,
si, Italo.
Præfatio,
In omnes hosce libros.

COLONIAE, DHIROKPATHS
Apud Ioannem Birckmannum
Anno D. M. LXXII
Cum Gratia & Privilegio Cesar, Maiestatis.





DE MIZALDI
ARCANIS, NEC NON
GRAECIS IN DEMO
CRITVM, CETERIS-
que, Chemiæ scripto-
ribus,

Præfatio,

AD CLARISSIMUM NO-
bilitate, doctrina, prudentiaque virum,
THOMAM REDINGERVM
SILESIVM.



VI NATV- I

ra secreta perscru-
tantur: mibi, de o-
mni hominum ge-
nere, bene semper
Redingere, mereri visi sunt. Et, qui
ex his plura illustrioraq; collegerunt
in re utili, præclarum laborem
posuisse. Cuiusmodi, inter ceteros,
Patrum memoria, Albertus ille
phila-

PRAEFATIO.

Philosophus cognomēto Magnus.
 Nostra verò, ex multis apud Ita-
 los, recentiores Porta & Ale-
 xis quiddam simile tentarunt, &
 ex Belgis Lēnius. Hos insequutus
 Mizaldus, homo Gallus, Arcana
 quamplurima, Centurijs nouem
 complexus, res ni fallor cōmodas,
 necessarias, lectuq, incundas, atq,
 raras, continet. Et haec quidem, ex
 diuersis vtriusq, ac vel cuiuscum-
 que linguae disciplinaq, tam vete-
 rum quàm iuniorum libris, sic ex-
 cerpsit: incertis etiam, ne quid nos
 calaret, nonnullis, quae, partim ex
 aliquorum consuetudine sermone-
 q, partim ab experientia Artis ma-
 gistra, didicerat: ut in diligendis
 iudicio, in quarendis diligentia, &
 in tradendis, quod caput est, fide,
 quemadmodum necesse fuit, usus
 esse videatur. Quo nomine hic eius
 liber, nimirum multa rerum va-
 rietate

PRAEFATIO.

rietate, copiaq̄, refertus, homines
 haud infulsos, delectare potest. in-
 reque, ac merito; à sinceri iudicij
 viris laudatur. Quod si quispiam
 obijciat: ipsum, arcana nonnulla,
 quasi per transfennam, vel indiscem-
 tantum, ostendisse, non verò expli-
 casse: brevitatis sane studuit. Quo-
 fit, ut Aphorismos adpellet. Ac
 fortassis non abs re est, arcanorum
 cupidos, indagandis causis exer-
 cere, dum quaedam, quasi problema-
 tum more, proponuntur. Qui loco-
 rum autem communium serie di-
 gesta mallēt: ne illi gratiam, diuer-
 sitate conciliari non animaduer-
 tunt, totamque prope perituram,
 si res similes conuinxisset. Adcidit
 & nonnunquam, ut ordo rerum, is
 in hisce vel optimus sit, qui ab illa-
 rum dissimilitudine sumitur. Li-
 berū porro cuique fuerit: hac prae-
 caua, ad locorum illorum indicem

PRAEFATIO.

aliquem redigere. Nam singulorū
 arcanorum sola tantum argumen-
 ta, ex numerorum, non locorum,
 vel litterarum, ordine, Mizaldus
 cuilibet centuria praefixit. Quan-
 quam enim, adcurati illi, quibus
 nunc utimur, indices, multos, mul-
 to labore leuant, etiam valde in-
 uent eruditos: attamen, quia, plu-
 rimis hinc praebetursansa, ne libros
 umquam ipsi perlegant; quin im-
 mo, leuiter tantum eos adtingant:
 nec in illis, sed in indicib. memori-
 am collocent: equidem, nihil aliud
 fuisset, ullos alios indices colligere,
 quam pigris cōsuli, quos alioquis ad
 integram lectionē, spe Arcani cu-
 iuspiam eximij consequendi, pellici
 potius, & quasi cogi, praestitisset.

II. *AT VERO*: cum hac Ar-
 cana, iam ferè omnia, ad editio-
 nis umbilicum perduxissem: com-
 modum adcidit: ut Ioannes Me-
 tellus

PRAEFATIO

tellus Sequanus, qui edenda communicarat, idem quoque, Democriti *Abderita* libellum, de rebus Naturalib. & Mysticis, una cum Synesij ac Pelagij Commentarijs, Latina quippe de Gracis suppeditaret. Quos auctores, his Arcanis: sic etenim ipse monuit, coniunxi. Quid enim Chemia, si nos Arcanarimamur, secretius? Deinde: per q̄ breues ij sunt. De Antiquitate, minime diffiteor, plures dubitatuos. Sed, si ij sunt, quorū nomen ferunt, Antiqui certe sunt. Democritus in primis. Exstat enim, eius ad Hippocratē: vti Medicorum omnium Principē, ita sane lōge vetustissimū, Epistola. Atq; constat: Pliniū, ex illius libris, t̄quam antiquissimis, multa, in suos de *Natura Historia*, transtulisse. Vnde, excelluisse doctrina, credendus est. maximē: cū ille restetur.

* 4 ipsam

PRAEFATIO.

ipsum, per agratis, discendi causa,
Persidis, Arabiae, Aethiopiae, E-
gyptiq, Prouincijs, volumen de
Herbarum viribus, composuisse.
Præterea: Chirocinetam librum,
fecisse: in quo, de Herbis quibusdã
Magicis, mirabiles effectus tradi-
derit. Ac Cicero: quod se idem,
ille occaecauit, ut Naturæ secreta
subtilius rimaretur, adfert. Laer-
tius, Theologiam, & Astrologiã,
à Magis, & Chaldais, didicisse: cū
Gymnosophistis quoque, congreg-
sum: vitam denique, in annos cen-
tum ac nouem, produxisse. Ergo:
hūc eius de Arte Sacra librū, mo-
do tamen ei falso non tribuitur, li-
cet perquam exiguum, magni ut
cetera factum fuisse, necesse est:
propter Antiquitatem, tū doctri-
nam. Cuius rei, & hoc argumentū,
multo certissimum, adduci potest:
quod Synesius, & Pelagius, nec-
non

PRAEFATIO.

non Stephanus Alexandrinus, & Olympiodorus, quatuor nimirum, clarissimi ac Chymici ut putatur, Graeci Philosophi: atque fortassis alij: Commentarijs eum suis ornare, saltem explicare, contenderunt. Equidem: Suidas, Synesium ipsum, de Caluitij laudibus Declamationem scripisse refert. Ac, de prouidentia, libros duos egregios, & Epistolas admirandas. Aliaq; complura. Veluti: de Somniorum interpretatione: quam demum Nicephorus Gregoras explanauit. Sed iam editis, Euagrii Scholastici testimonium, praeiudicium: ex quo, iudicare liceat, de viri doctrina. At stilus Gracus, ipse, sui similis ubique, in quo, phrasibus Attica commendatur. Vixit autem, Arcadio Imperatore. Nam: librum de Regno, ei ipse dedicauit. Itaq; cum Scholia haec in Democritum sua: Diosco-

PRAEFTIO.

ro, quem Magni Serapidis in Alexandria Sacerdotem, adpellat, inscripserit: ac tandem, ex Gentili Christianus, in Cyrenes Episcopum fuerit creatus: si ille est, quo de agitur, Synesius, planè consequitur: ipsam, illa cõfecisse, antequã, in Christianorum cœtum coaptaretur. Quod ad Pelagiũ pertinet, ego didici: ipsum, inter Græcos Artus Sacra scriptores, numerari, nihil præterea. In quorum album referuntur: & Trismegistus, Hermes, Theophrastus, Dioscorus, Ostanus, atque, quidam Christianus. Quibus, Archelaum adiungunt. Nam, & hoc nomine, Philosophũ Mylesum Physicum, Suidas adpellat. De Stephano autẽ, Democriti interprete: Philosophũ fuisse adcepimus. atque, librum, de Magna & Sacra sciẽtia, sic enim Chemia illis nuncupatur, scripsisse.

Olym-

PRAEFATIO.

Olympiodori, quem, uti Democri-
 ti quoque enucleatorem laudant,
 scripta quaedam, uti Philosophi, Pli-
 nius adfert. Neque non scio: alterum,
 hoc nomine, sed Alexandrini co-
 gnomento, circumferri. Habentur
 enim eius Commentaria, in Aristo-
 telis Meteoris. Ex Platone, Phe-
 donem, Philebum, Gorgiam, & Alcibia-
 dem exposuit. Qui libri, in Bibliothe-
 cis manuscriptis Graecis, visuntur.
 Est & quidam Theologus Olympiodo-
 rus, cuius extant, in Ecclesiasten,
 doctis, Scholia. Antiquum & huc
 esse constat. quoniam, in ijs, Aquila,
 Theodotionis, & Septuaginta,
 qui nominantur, interpretationem,
 interfert: & quod Gregorius Neo-
 casariensis, non recens auctor, in eum,
 Metaphrasin ediderit. Est Olim-
 piodorus quoque, Diaconus. Hic, Grae-
 cas, in Iobum, hypotheses, qua manu-
 scripta reperiuntur, conscripsit.

* 6 Refer-

PRAEFATIO.

Refertur etiã, inter Græcos Chymicos, Blemida, siue Blemmida, de Chrysopeia, nisi quidem, Nicephorum hunc putemus, cui hoc nomen aliquando praponi, nonnunquam cognomeni vice postponi, videamus. Nicephorus enim, fuisse Philosophus commemoratur, et inter cetera, de Naturalib. Principijs, & Causis, librum fecisse.

Zosimi porro, Græci libelli, extant, de Sacra Arte, de quæ Aquarum, ad Chrysopeian, compositione, atque, de Instrumentis, & Caminis. Suidas, quendam Zosimum, adpellat Alexandrinum Philosophum, & Chymeticam, siue Chiroemata, ad Theosebiam sororem libris XXVIII. ordine literarũ, vitamq; Platonis euulgasse.

Isaaci denique Monachi, τοῦ ἐγγύου Methodus, liber manuscriptus, inuenitur, atq; Geodesia,
hoc

PRAEFATIO.

hoc est Terræ diuisionis.

Ne quid tamen, de omnibus hisce Sacra illius Artis Scriptoribus Græcis dissimulem, ceterisque, quacumque lingua leguntur: multi sunt in ea semina: ut Antiquorum neminem, existiment exiisse, qui de ea Arte, quidquam litterarum monumentis prodiderit. Sine factum id arbitrentur inuidia, siue potius, ignoratione quadam. Quo igitur, eam, eius sectatores, extollerent, vel aliqui, certe odio habitam, vulgo commendarent: Auctoribus, quos recentes, planè omnes, putant, Veterum, clarorumque, virorum nomina, ingenio vsi, tradiderunt. Græci videlicet, Arabes, Latini, ac Iudæi. immo etiam illi, qui vulgari popularique lingua, quidquam de hac Arte, commentati sunt. Quæ in re, non Platoni pepercerunt, non A-

III.

risto-

ristoteli, non Theophrasto. ac neque, Sacris nostra fidei Prophetis.

Verumtamen: minime desunt, qui se huic opinioni, tamquam pro aris & focus dimicantes, acriter opponant. Atque vero, quo sua huius Artis Antiquitatem, tucantur: in primis, Fabulas quasdam vetustissimas, uti eius indices, ac testes, proferunt. praeter ceteris, eam, qua de Aureo Vellere ficta est. Cum enim, Scopum Artis esse, referant: ut, ab ipsis concepta Metallorum transmutatione, Lapis, quem Philosophorum ipsi nominant, gignatur: cuius summa genitrice vi, Aurum, Argentumque procreent: & ex eius Auri Argentique, veluti seminis granis, etiam minutis, libras, vel singulis, ut aiunt è scriptulis, singulas, tanta est materiae fecunditas, extrahant: sanè, ea, quae sunt la-
sonis,

PRAEFATIO.

sonis, in Colchidæ navigatione, gesta, haud insuauiter, ad Chemicorum corporum mutationes, referunt. Aureumque vellus illud, post tot demum labores captum, pro certo, hunc esse Lapidem, arbitantur. Itaque: quod Iason, Pontico Maris, cum Argonautis: ad id, à Phrixo, qui in Golchos, à se raptum, transtulerat, recuperandum, vectus: Medeam, Aeeta Colchorum Regis filiam, adportari: non Poetice dictum, volunt. sed vellus Aureum ipsi, Suida, Varinoque, testibus, Volumen interpretantur, ex Arietis pelle contextum: quo in libro, Aurifacendi ratio, continetur. In Colchiden ergo, Iason profectus: Taurus, flammis e naribus expektoratis, igniuomos, & aripedes:

nem-

PRAEFATIO.

nempe, fur nos Tauri specie fabricatos, intelligo, domuisse dicitur. Porro: è dentibus seminatis, nō solum homines, sed & arma ipsis apta, nasci fingitur. Iason demum, Medea ope, Draconē, velleris custodem, cōsopuit. Qua arte, vellus ipse recipit: receptum, in patriam reportat: ac postremo, Pelia, vel Dijs, ut alij volunt, offert. Sed, hac, ingenio suo fortassis, quam res ferat, meo quidem iudicio, videntur, ad Chemicam detorta. Etsi, n. natura, nobis est instum: ut res, etiam præstantissimas, quarum facile facultas datur, nos nihili quasi, faciamus: eas autem, quæ arduo tantum, improboque labore, quaruntur, mirificis laudibus extollamus: & vii clarissimas, suspiciamus: hancque ob causam, Veteres sapientes, Philosophiam de Natura, & Disciplinarū Arcana, varijs Fabula-

PRAEFATIO.

Fabularum figmentis: quemadmodum Aegyptij Sacrarum rerū scientiam, Hieroglyphicis notis clarunt: antiqui inquam, occultarunt, ne scilicet, Arcana illa, in vulgus manarent, tum etiā, ut Sapientie praecepta maiore cum suavitatē, & illarum rerum admiratione perciperentur: attamen historia magis adducor: ut, quoniā opes, invidia semper obnoxia fuerunt; nam bella proda gratia, licet iniuria vlciffenda verbis obtegantur, suscipi constat, ego sane credā: Argonautas, ad Aureum vellus; hoc est, Scytharum opulentiam diripiendam, navigasse. Non enim procul à Caucaso Monte, torrētes quidam, Aurum ferre putabantur. Quod aurum, Scythis in more positū erat, ut Strabo ait, perforatis tabulis, lanosissq; pellibus, excipere. Ergo: ad hac loca nauigantibus

PRAEFATIO.

tibus, è Thessalia, multi se scopu-
li obiectabant, multa difficul-
tes, eaque propemodum insupe-
rabiles utpote, imperitis adhuc
navigationis hominibus, offere-
bant. Quae res, occasionem Poe-
tis praeiit, illa, tam multa formi-
danda, fingere, forte significantes:
humanam vitam, multis vni-
que difficultatibus, periculisque,
premi. Animum igitur, fortis
ac boni viri, armari constantia,
virtuteque, debere: ut intrepidi,
ad, crebros, ac magnos adsultus, &
motus, atque fortuna vicissitudi-
nes, recte consistamus. Aut,
si certe, haec explicatio, cuiuspiam
non probatur: quid vetet, ad Me-
dicinae secreta, Fabulam reici? Ia-
son enim, in Chironis antrum, nu-
tritus, & erudiendus, adhuc
infans, deportatus dicitur. & ab

eo

PRAEFATIO!

eo Artē medendi didicisse. Id quod
 & nomē, nam iacis ars est meden-
 di, satis indicat.

Porro autem: huius sacrae Ar- III
 tis Antiquitas, à suis cultoribus,
 non solum adstruitur Fabulis; sed
 etiam, disertis veterum, testimo-
 nijs, iam olim, usurpata fuisse, di-
 citur. Quoniam, Heliodorus
 Graecus auctor, τοδ χρυσουδ ποιησις,
 ad Theodosium Imperatorē Au-
 gustum, misit. Hunc, tempore
 Synesij, de quo supra memini, flo-
 ruisse legimus. Idemque, Iambos,
 multis Chymicis libellis, Hera-
 dio Imperatori dicatis, adiun-
 xit. Is est, cuius exstat Ethio-
 pica historia. Hac enim, vete-
 ri manu; in vaticana Bibliotheca
 servatur: & quemadmodum, iu-
 ris Civilis, & utriusque linguae
 peritissimus vir, Gerartus Fal-
 chemburgius, admonuit, sic habet.

ῥεῖαφῆ

PRAEFATIO.

γράφη δὲ καὶ διὰ τῶν ἰατρῶν,
 τὴν τοῦ χρυσοῦ ποίησιν, πρὸς τὸν
 αὐτὸν δεοδόσιον ὡς φησὶ Γεώργιος
 ὁ Κεδρηνός. *Qui Cedrenus pro-*
ximis superioribus annis, à Xylan-
dro fuit editus. Huc adde-
dit quod adferente Suida, Diocletia-
nus Imperator, Chymicos libros,
in Aegypto, ne diuitijs, ope Che-
miae, aucta provincia, de defectio-
ne, rebellionē, cogitaret, omnes
quidem curiosè conquiri, & com-
buri, aboleriq; iussit.

V. *ITAQUE, si ex his hanc*
Artem, Antiquam esse constat:
& nunc etiam fatendum est, eam,
Metallieis praesertim, & alijs mul-
tis rebus, longè perfectius, quam
olim, cognitīs, posse percipi. nec-
non eius difficultates, & ingenio,
& assidua diligentia, superari. Nec
audiendi sunt, q̄ legib. ne exercea-
tur, phiberi exclamant. Hoc enim
 fal-

PRAEFATIO

falsum est. Sed, pone vetari, impostoribus certe, non legitimis Artificibus, interdictum intelligeretur, ut quidem Aurum, quod gignere, Sacra huius Artis est opus, labor, & scopus, nemo malū esse dixerit: sed eo abuti solummodo. Non igitur, Aurum a quoquam fieri, etatur. Est autem tantus impostorū numerus: eorū praecipue, qui se artem callere, vel superbissime iactant, & ab ea, Montes Aereos, importune pollicentur: ut hominibus, vel lenibus, vel auaris, se vera dicere facile persuadeant: & multos miris technis, illaqueent, quamdiu spes alitur, illos expilari posse. Quinetiam: tanta quorundam est insania, pra nimio Auri querendi studio: ut licet omnibus rebus, & Philosophia illius de Natura, cuius haec Ars, certe pars

est, est,

1720

PRAEFATIO.

est, litteris, imparati: nihilo fecius, sese, totos, huic recoquendos tradant, & in eam immergant: futilibus, atque vanis, nescio quibus, Auri conficiendi descriptionibus, confisi. Cuius stoliditatis, merito demum, poenas luunt. Neque enim, hinc opes, quas querunt, sed egestatem, quam fugiunt, consequuntur. Nec, vlla alia re, tot suis laboribus, nobilitantur: quam quod, ora fuligine, ac fumo, decolorant: & animum, atrabile ditant: dum thesauri, quem expectant, loco, ne quidem carbones, sed reliqui tantum cineres, adparent. Isti igitur, et misere perpetuo viuunt, & infelicius multo, tandem: o vanas hominum spes: moriuntur. Et, quanquam hac, oculis ubiq, coram cernimus: pleno tamen cursu, multi, ad istorum mysteria: quid non mortalia pectora cogis,

PRAEFATIO.

cois, Auri sacra fames? cupidissime rapiuntur. QVO VI
fit: ut haec Ars, aliqui egregia, & sacra, passim, infametur.
Admodum enim paucis, immo quam rarissimis, sicuti modo sane nota est, patet. Verbis quippe traditur: adeo perplexis, & ambiguis: immo, inuolutis rerum, sententiarumque, Chimeris, ac portentis, dum varijs nominibus, similitudinibus, allegarijs, figmentis, fabulis Poeticis, & anigmatibus, eam occultant: nimirum, quemadmodum Antiqui res divinas, arduas, & sublimes, describere eo diligentius, & superstitiose magis: quo qua vellēt, hoc velo calarent: ut, equidem, perinde prope sit, non scriptam, ac scriptam, fuisse. Quod loquendi genus, scriptores huius Artis, omnes uno consensu, nescio quo fato, & aucto-

PRAEFATIO

auctore primo, sunt amplexi. Sic
 addidit: ut, si qua Arcana sciunt:
 ita ne intelligatur, nec vel id quod
 omnium est commune, efficiant:
 aut, si qua nesciunt, tanta, obscuritate,
 ipsi cupidis ambitiose suspitionem
 inijciant, illa quidem se scire,
 sed reticere velle. Qui ad horum
 lectionem autem adcedunt, cum se
 intelligi illi nolint, multa & illi &
 isti commententur Sophistica, ne-
 cesse est. Nihil enim, subtilius igno-
 rantia. Si qua ergo vlla alia in
 Arte vel re, in hac potissimum, pra-
 clara illa Hippocratis sententia
 plane locum obtinet. nempe: quod
 ad ipsam, vita brevis, Ars vero lo-
 ga sit: occasio sane praecipua, experi-
 mentum fallax, iudicium difficile.

V II

Hec, cum sese, ad hunc modum
 habeant: maxima & doctorum
 & prudentium grauiusq; virorum
 pars, permonetur: ne hanc Artem
 esse

esse veram credat. Inuentam igitur: aut ad otiosorum, aut auarorum, aut acutorum hominum ingenia, vel suauiter occupanda, vel utiliter quasi exercenda, vel eruditè fallenda suspicantur. In quorum albo est, ni fallor, haud postremo, Ioannes Aurelius Augurellus, Ariminensis. Hic, Chrysopœia libros, ad Leonem Decimum Pontificem Maximum, Heroico carmine, conscripsit. Sed, Artis præcepta tradendi specie, tanquam Poeticis ornamentis, artificium celans, adeo crebris, elegantibusq; salibus, ea dissimulater adpersit: ut, & ea, & totam Artem, relictis, si quis attendat, aculeis, acutissimè risse, videatur. Alij vero: posthabita auarorum sui, hanc Artem, Medicis attribuunt. Atque iudicant: Lapidem illum, qui tantis sudoribus inquiriur, non ad

** An-

Aurum conſlandum, ut opinio eſt, ſed ſolum valetudini tuenda, & omni morborum generi pellendo, corporum animiq; viribus perpetuo roborandis, donec viuitur, ac vite tamen quam diutiſſimè pro roganda, comparari. Itaque cum *Aurum*, ad hac plurimum con ducat, eueniſſe: ut hic lapis, *Auro* procreando fabricari, nempe, omni *Auro* pretioſior *Medici* na falſo putetur. *Artamè*, comperi Ioannè, grauiſſimum Iuris Põti ficij Conſultum, & Interpretem, in literas, uti teſtem, rettuliſſe: quod *Arnoldus Villanuanus Aquitanus*, *Aureas Laminas*, hac *Arte Sacra* fabricari: que, *Auro*, ex arrugia queſito, & *Aurifodi nis* extracto, nulla re, probitate concederèt. Atque etiam, vulgo conſtat hanc *Artem Au ri fa-*

vi faciendi, Raymundum illum
 Lullium Hispanicum, quemadmo-
 dum de se disertissime testatur, ab
 hoc didicisse. Itaque r̄atum profecit:
 ut hac doctrina perillustris: ea,
 apud Anglos: verum Aurum,
 inssu Regis, in Arce Londinensi,
 probatissimū certe cuderit. Ex eo
 Auro, nūmos demum fuisse, fufos
 q̄ vulgo Nobiles Raymūdi nominā-
 tur, haud vana fide fama est: Au-
 ri equidē puri, puri, & obrizi, sum-
 maque, quantum referunt, qui ex-
 penderunt, indicature. Aliquot
 enim, apud nonnullas, ob gratam
 tantae rei memoriam, adseruantur.

Quamob rē: tunc, ni fallor: mini
 me paucos, ad huius Artis Sacra
 studium, hoc exemplo, lucri, cog-
 noscendaeque rerum Nature cu-
 piditas, inflāmanit. Modo autem,
 innumeri Populi, Turca cū primis,

** 2 ca

ea delectatur. immo, totus Oriēs,
operam ei dat. Nam, quod ad Oc-
cidentē pertinet: multi, ea mirificè
capiuntur. Reges etiā, Duces, Prin-
cipes, Comites, & ordinis cuius-
cunque viri, per scripta q̄, est, om-
nibus omnium Prouinciarum lin-
guis. Qui libri, vnā collecti, ducento-
rum numerum, vel plurium, im-
plerent. Nondum enim foras, nisi
per pauci, prodire. Recensentur,
Latino sermone quidem, scripti,
ne ceteros, quos Euonymus Phi-
liater Gesneri vi putatur, liber
adfert, ego frustra referam: Al-
bertus Magnus è veterib. & Tho-
mas Agnas, Villanouanus, ac Lul-
lius. Itē, Morienus Romanus, Ro-
gerius, Bacho, Rosin^o Philosophus,
Senior quoq̄, Philosophus: ex recē-
tioribus autem prater alios, Comes
Tremesinus, Ioannes Augustinus
Pantherus, & Philippus Vlstā-
dius,

dius, cuius est Coelum Philosophorum. SED E RE est: ut, qua IX.
ex materia, ille Philosophorum
Lapis, tum quomodo fiat, nec non,
quinā eius sit usus, paucis, & quan-
tum crassa Minerva, ex illis Scri-
ptoribus intelligere mihi licuit, ex-
pediam. Coeli illi, ex cōmuni om-
niū sententia, existimant, radijs,
in Terrā influere. Sed, nullibi tam
potenter, atque in ea, ipsorum vir-
tutes uniri, copularique putant.

Illam, tanquā Sphaera centrū sit,
propriū earundem, firmūq;
receptaculum, existere. His consti-
tutis: rerum Naturaliū tria Prin-
cipia quadam summa Mercuriū,
Sulphur, & Sal, non Aristotelea
Materiam & Formam, Galeni-
cāue quatuor elementa ponunt,
quibus, res omnes, in primis Me-
talla, constare dicant. Ergo:
cum Metalla, veluti Terrā foetus

** 3 ha-

*habeantur: eaque, quasi in utero,
 quae Motus referant, gerat, pculdu
 bio, siderum vim illam, vehemen-
 ter, in Terram penetrare colligunt.
 Eaque maxime: quod Metalla, à
 Planetis Essentiam, sic enim vo-
 cant, atque Nomen, Numerum
 Colorem, virtutem, ac Proprietatē
 singularem, nacta sint. Quam rem
 paullo illi altius, subtiliusque, licet
 perquam obscure, repetunt. Caele-
 stes ille, radiorum virtutes, in-
 quunt, in terra, Materiam, sim-
 plicem, Subtilissimā, Spiritalem,
 Incorruptibilem, ac Lucidam, in-
 ueniunt. Hae Materia: Natu-
 ra, quae rerum omnium est parens,
 sagacitate, ita preparatur: ut, vir-
 tutes illas, propter similitudinem,
 quamdam, vel, $\sigma\mu\mu\tau\alpha\delta\epsilon\lambda\alpha\upsilon$, quam
 inter se habeant, vim praestantes:
 excipiat. Infundunt igitur, illa Cae-
 li vires, isti Materia, in quam ipsa
 pene-*

penetrant, duplicem Fumum, si-
ue Metallicum quemdam spiri-
tum. Postquam vero, hac spi-
ritalis Materia, diutissime, ce-
lestibus illis virtutibus, spiritali-
que vita, obsequens, in Substantia
Metallicorum principiorum, nem-
pe, Mercurij sulphuris, & Salis,
permanferit: tota uniformis, ho-
mogenique, redditur: Tandem:
sed longissimo tempore: nimirum,
annis, ut aiunt, mille, ipsa
induratur, verumq; Metallum
perficitur. Ergo: si Cælum, in ab-
soluendis Metallis, multo diutius,
quàm, ceteris vllis in rebus con-
dendis, elaborat: Natura certè
maiores quoque vim, eamq; ad-
mirabiliorem, illis indit. Nam,
tãta tanti temporis assiduitate,
euenire necesse est: vt Metallis, &
Substantia, & Compositio, & u-
nio, & Colligatio, longè quidem
** 4 euadat

evadat durissima, multoq; robu-
stissima. Tum etiam: ut Spiritalis
in eo vapor, perquam valide mi-
sceatur, atque, quam diutissime, in
Terra visceribus abolitum, deco-
quatur. Natura igitur, Humi-
dum illud & Calidum Radicale,
quod adpellant, à quibus omnis o-
mnium Vita, manat, consistit, ac
fouetur: Metallis inseruit. Id au-
tem, in ijs, fortissime certe, cum
Sicco, terrestri, subtili, ac digesto,
hoc est, Sulphure, Mercurioque,
commiscuit, & unuit.

Ob hac, necessario consequitur:
quod non solum Metalla, incorru-
ptibiliori, quam alia vlla corpora,
ac res, quae orbi Lunae subsint, sub-
stantia, constant: verumetiam,
eisdem ex causis: quod, etsi vehe-
mens ignis calor, omnia vitiat, ra-
pit, ac denorat, etiam Metalla
corrumpat quaedam: nihilo secius,
Radi-

Radicalè illud Humidum, & Ca-
lidum, ab ipſo, in ijs, haud corrup-
pi poſſit. Merito igitur, Chymici
Philoſophi, ex Metallis Lapidem
quē querunt, Quintamq; Eſſen-
tiam: nō, ex Vegetabilibus, aut ex
Animalib. neq; ex ullis, quae hinc
ſumantur, rebus, fieri contendunt.
Qui enim, ab obnoxio corruptioni,
incorruptibile procreetur? IAM
verò: eſi duplex ille Fumus, & Spi-
ritalis Vapor, Metallicam duri-
tiem, ex acto demū longiſſimo tem-
pore, induit: atq; penes ſe, Vim illā
caeleſtem imbibitam retinet: at ta-
men, hac eadem Vis, ita Terreſtri
illi, ac durtiet, commixta eſt: ut
impediatur, planeq; ſuffocetur, ne
ipſa, vires, virtutemq; quam ca-
litus eſt adepta, extrinſecè quidē
poſſit exercere. Ars igitur, fo-
ris à Chymicis, adhibetur: de qua
vel cumuli librorum extant, qui
*** 5 praxim*

X.

praxin continent, quae, illam
ipsam vim, sic intrinsecus conclu-
sam, & per omnes Metalli
partes, ex elementis constantes,
internè dispersam foras, ex Terra
inquam Metallorum, abstrahat:
eam itaque, ex intimis Metalli
penetralibus, in lucem educat.

Hac autem ignis Chymici vehe-
mentia, destillationeq, praestatur.
Cuius ignis beneficio, & ope, Ter-
restre illud, atque spissum, penitus
aufertur. Adeo: ut Humidum
illud Radicale, quod ipsis inest,
Materiaq, prima, solvatur, pu-
rificetur, uti loquuntur, destille-
tur, & ab omni parte corruptibi-
li, crassa, & ex elementis compo-
sita, separetur. Neque. n. quisquam
ambigit: res, per destillationem ab
igne conceptam, puriores fieri. ita-
que, facilius, ab omni putrefactio-
ne praeservari. Ergo, hoc huius
ignis

ignis artificio, summaq³, Vi, sepe
 enim, idem, obscuritatis vitanda
 gratia, repeti licet: Metallum,
 in primam Materia sua simpli-
 citatem, quam dicunt, dissolui-
 tur, atque reducitur certe, de-
 facatur, totumq³, purum fit, di-
 geriturq³. Subtiliores nimirum
 Spiritus, è Metallo, Chymici, hoc
 suo igne, eliciunt: Simplicemq³
 Materiam, extrahunt: eamq³, ab
 omni quasi, & alia quacunq³, ex
 corruptibilibus Elementis con-
 flata re, materiaq³, disjungunt, ac
 separant. Cum igitur haec, per
 Elementorum, quae quidem cor-
 ruptibilia sunt, separationem, ex-
 tracta igne Simplex Materia,
 praeter ceteris omnibus corporibus, et
 subtilitate praedita sit, & purita-
 te, & incorruptibilis tota certe sit:
 ipsa, Philosophi illi Chymici, ma-
 gnas, cum Caelestibus Corporibus
 ** 6 simili-

similitudinem ad finitatemque, corra-
xisse referunt. Quamobrem & Cœ-
lum & Quinta Essentia, & in La-
pide coagulata, Lapis, nominatur.
Est ergo lapis, ex illorum senten-
tia, hac extracta ex Metallis, sub-
stantia subtilis: Humidum videli-
cet eorum, & Calidum, Radica-
le, intrinsecum: Quinta sane Es-
sentia, per partes, ex Elementis
compositas, diffusa. simplex illa
quidem, atque prorsus incorrupti-
bilis. Incorruptibilem vero di-
cunt: non, quod illa, uti Cœlum, in-
corruptibilis esse queat: sed, quoni-
am, ex Materia, prestanti ceteris
omnibus, quæ sub Cœlo continetur,
excellentiore multo virtute, incor-
ruptibilioreque, immo, ab omni cor-
ruptione, quam alienissima, gene-
retur. Quam opinionem, tanto pe-
re, Artis huius sacra, etiam Classi-
ci, scriptores, tuerentur: ut, palam at
testan-

restantur, s; hac ipsa substantia simplex, Lapisne, rite conseruetur, incorruptibilem semper, vel in annos decies Mille, permansuram. Et hanc, illi philosophi, ob id, à Natura dari, demonstrariq;, scribunt: quod ipsa Natura, tamquam sane sagax, eorum, qua in hoc Orbe procreavit, conseruatric, eadem, etiã longo tempore, viua tueri, defendi, seruari, ac res quaelibet, hominem in primis, in sua specie perpetuo pducere, cupiat, atque procuret. Nō tamen, ista, vt nec alia Arcana multa, nobis obuisa prabuiffe, sed, diligentissime pscrutãda, reliquiffe, Adami primi parētis peccatū hoc infinito studio, atq;, corporis et animi sudoribus, indefessis, proculdubio luituri. Non otiosi igitur: Sed ij, qui assiduam operam Philosophis nauabunt, pulcherrimo harū rerum Nature fructu, potientur.

Est

XI Est enim, huiusce lapidis, vel Quinta Essentia, duplex, sed admodum excellens, ac prope diuinus, ut fertur, usus. Prior, quo, ex eius exigua particula, in materiam, etiam multam, & de qua, multi multa, prolixèq; docent, iniecta: copiosum, idque purum, & obrizum Aurum, necno Argentum, creatur. Alter: quo quiddam lapidis illius exiguum, vel momentum alicui, etiam copiose rei, ad medicinam faciendam, mixtum, aut infusum: vim, ei, longe prestantissimam, infert. De qua, Essentia Quinta Medicina, videamus. Preparatur, inquit, haec materia lapidis substantia, in Medicinam, suauissimumq; cibum. Itaque, per os sumi, sic parata, potest. Sumpta, per uniuersum corpus humanum, quam velocissime penetrat. Habet ergo haec substantia, duplicem virtutem. Prima est: ut, corpus ab omni morbo, putre-

putrefactione q̄, per multos annos,
pr̄sc̄. uet. efficiat q̄ : ut corpus,
quasi incorruptibile, perduret, Ho
mini quippe, iuuentutē, ac sanitatē
cōseruat, p̄dūcū q̄, sēmbus, Humi
dū illud radicale, Calorē q̄, Natu
ralē, restaurat. Qua in re, inter ce
tera omnia Medicamenta, qua eo
parātur, summum certe gradum,
obtinēt. Constat enim, ille lapis, ex
simplici, prima, pura, digesta, incor
ruptibilē q̄, Materia. Vnde: cogna
tionē quandā, egregiam q̄, societātē
longa tamen, quam ceteri ulli cibi,
& alexipharmaca, nobiliorem,
excellentioremque, virtute, sibi
qua, sūt. Ac sanē, Medici omnes,
semper, et ubique hortantur uni
uersos : ut, se, minus corruptibili
cibo, reficiant. Altera, huius Me
dicinae virtus, a Chymicis, p̄ certa
adseritur : ipsā, iā contractos mor
bos,

bos, excruciatum genere quos-
cumque non tantum eos, qui Phy-
sici Medicinæ studium requirunt:
verum etiam, eos, qui Chirurghi ma-
num expetunt: per sanare. quasi,
videatur, humana corpora, su-
bito, vi sua mutare posse: & ea,
ad veram, pristinamque sanita-
tem, reducere. Qui igitur, hac
Medicina, cum ceteris alimentis,
utetur: hic, viuet, sacris innume-
rabilibus: et aeternamque ipsè, priorum
illorum sacra scriptura Patrum
viti Chymici opinantur, si perfe-
ctae fuerit, equabit. Vitam quip-
pe, illi, illos, huius Medicinae ca-
lestis beneficio, quae vita lignum
illis fuit, in tot annorum secula proro-
gasse, referunt. Sacra enim Ar-
tem, eos, per manus à Maioribus
traditam & didicisse, & vere cal-
luisse. Quod ergo Noha, ut ceteros
praetermittam, quingentesimum
etiam

etiam annum agens, tres filios genuit. anne lapidis illius, inquit, substantia, post Deum, tribuetur? At, quod hac medicina, curabiles omnes morbos sanari, diximus: ita verum esse sentiunt, ut: nihil ea de re plane dubitent. Quod enim contra obijcitur: uno tantum ex Metallo, ut puta, Auro, hanc substantiam extrahi: hinc, consequi necesse esse certos tantum non omnes morbos sanare, quia, si oēs pelleret, varios contrarios effectus operari, ut loquuntur, ipsa videretur: respondent: Metalla singula, in quolibet Metallo, comprehendendi: secundum similitudinem, virtutem, nomē, colorem, & proprietatē. Itaque: Metalla hasce res similitudinē scilicet, virtutē, nomē, colorem, & proprietatem: a Planetis, nec nō essentiā, & numerū, recipere. Quae constans est inter istos Aurifabros, re enim tales

les sunt, philosophos, veraq; sententia. Neq; planetas oēs, in totū corpus humanū influere, quis negauerit. Ex his autē metallis, illa quae agitur, medicina generatur. Ergo in uniuersū corp^o, vim suā exercet. Quo & adcedit: quod ab oībus Elemētis elicitiā, constat. Vnde & horū omniū virtutē, vires, facultates, qualitātēq;, siue possidere, multipliciaq;, ac contraria etiā effecta parere, posse creditur. Cur igitur, hāc vim, totq;, ac tā insignes vires habeat haec simplex substantia siue Medicina: satis, ex his, tum ex ceteris, quae supra, dum, quae ex materia Lapis, & quomodo, conficeretur, dictū fuit, liquere arbitror. Nam, etiam praeterea: vim Therma habēt, propter Metallicas virtutes. & vero: quid, si haec Metallorū vis, in potabilem formam redacta, his ē Sacra Artis praeceptis, conuer-

conuersaque fuerit? Equidē, multo vehementiorem, excellentiorēq; potentiam, ni fallor, habitura est.

Sed, queritur: si haec ars, *Auri, Argēti, Flādi, Feriūdi*, tā difficilis fluxāne est, aut incerta, ut nemini, vel vni tantum, aut alteri, vel sane, quā paucissimis solū, id q̄ pollicetur *Aurū*, ac medicinā, praestet: ceteris omnibus, vtrumq; hoc est, *Lapidis absoluti perfectionem*, plane perneget: quid omnes igitur, in eum *Lapidem*, tot laboribus, tot vigilijs, tanto tempore, immo etatē totā, tantis & viribus, oleū, & operā, ac vitas denique, perdituri penitus, insudant? Vtrumq; enim iste mirus lapis, nempe *Aurum*, & excellentissimam illam vitæ cōseruatricem prorogatricemque, *Medicinā*, saluē alterutrū horū, producere dicitur: quē admodū scriptores *Artis*, diserte gloriantur. Ad hac
sc

PRAEFATIO.

fic illi. Incumbimus in, Lapidem:
quo, nos, eum repperiamus. ac, nos,
ex paucissimis illis, futuros nos cre-
dimus, qui eum, quos equus ama-
nit Iuppiter, atque ardens euexit
ad aethera virtus, nanciscuntur.
Nam, quid vetat: se cum illi, vi-
gilando, sudando, & anhelando,
sibi querunt: quominus & nos, is-
dem artibus, consequamur? quomi-
nus, ut illi, & nos, Duce Deo, in
Artis mysteria penetremus? Et
quamquam minimo nos latet: ip-
sum, ea, cui velit, aperire, & cui
quoque velit, claudere, calarene:
sunt etenim, diuina eius erga nos
beniuolentia, signa, gratiaeque testi-
monia: unde, flagitiosos, nunquam
fere, tanto beneficio cumulat, ne,
quod ad legitimos usus largitur, ip-
sum, ad publicam, priuatorumue,
vel propria perniciem, conuertat:
proculdubio tamen, tentare licet.
mouen-

PRAEFATIO.

monendaque est manus cum Minerva. Ac sane cōspicimus: etiam improbis, non vero solū probis, diuitias concedi: vsu tantum, inter se differre. Dum igitur, hac spes, Artis studiosos alit, & alterā, alteram, ex leuibus plerumque flammis, excipit: pecunia, lucrique studium, maximus animorum tyrānus, ac morbus: partim pertinacia, quam illis atrabilis, ingeniosa, Sacra huius Artis mater, procreat: ne semel susceptos labores deserant, excitat, stimulat, confirmat, atque persuadet. Porro: dum vestigant hunc Lapidem, in fornace: & hoc nomine, Artis Secreta experiuntur: ignis, et si Lapidē nō enititur: nōnumquam tamen, ipsis, eius loco, etiam insperato, multa parit, eaque noua: tā Medica, quā multiplicis, variique generis, alia, qua, ipsos & recreant, & nonnul-

los

PRAEFATIO.

los quoque, lucellis ornant: immo, quaedam etiam, in quibus, Natura rara quaedam miracula, possint, omnes, & intueri, & mirari. Hac res, efficit: ne animos despondeant, sed magis, et, ac magis, ad querendum Lapidem, inflamentur: causas non inuenti, haud, in Artem ipsi, sed, in se, culpam, transferant: facileque moueantur, ut credant: se, ad illius confectionem, vel obscuras auctorum sententias, illas, minime, qua decuit, percepisse, vel se, quidquam serius, vel praeprae nimis, vel oscitanter, obuisse. At, ut vero, haec desint: & aliqui falsum esse istud suum Auri, Medicinae, illius conflagrandae, hoc est Lapidis faciendi, experimentum, esse plane palamque, constiterit: tunc demum, alias fabricandi lapidis rationes, inuent: nec ullas, et si perquam multae sunt, praetermittitur, intentas. His enim

PRAEFATIO.

enim posteriorib. priorū illarū rationum damna: quemadmodum lusoribus contingit, qui iactis subinde nouis talis, amissam primis pecuniam, recuperare, nituntur: ipsi illa, inquam, & multi temporis iacturam, sarcire cupiunt, atq; vulgi sannas, ludibriūq; tentata noua lapidis alea, vel tardare, vel vitare. Neg, nō etiā scio: quod eorū quidā pfitentur adcidere: ut, cum semel quid forte, vti quidem illis videtur feliciter ita successerit, ut lapidem habere se iam manibus arbitretur, idem experimentū repetentes, prestare haud queant: quin immo, fallantur. Quamobrem: cum saepe ac multum, et eadem hac, & varia eodē tentēt, & ab experientia: certe fit, ne vnquā, Chymica deserant sed, quoad viuunt, ea, follibus magnifica mendacia spirantibus, psequantur: perpetuo lapidē inquirāt
nun.

PRAEFATIO.

nunquam ipsi repperiant.

XIII.

ATQVI tamen: vel sic hac
sefe, vel secus, vel utrumque certe,
habeant: Chemia, humano generi
maximas viuitates adtulit. De-
stillandi quippe rationem, prima
Medicis, vel Ducentis sexaginta
ab hinc annis, aperuisse creditur.
Villanovanus igitur, & eius adse-
cla Lullius: siue ante alios hoc cœ-
perunt, siue ab Arabibus, alijsue
didicere: primi, apud Latinos,
quos equidem sciam, ex corporib.
igne liquatis, Quintam Essentiam,
Medicamentis parandis, extra-
xerunt: eamq, in usum usurpa-
runt. Quos pauci deinde, eius illo-
rum Discipline viri, at timide,
secuti sunt. Modo verò: ita hæc
Ars, multis locis, reuixit, ac vi-
get: quin etiam, paulatim, apud ali-
quos etiã eruditissimos viros, cre-
uit: ut, iam, haud leui quidẽ au-
torita-

PRAEFATIO.

Et oritate, fulciatur. Isti, non Lapidem illum querunt : sed tribus Chemiae Principijs illis, Argento. s. vino, Sulphure, ac Sale, in quae sua resoluti disputant, inherentes: Quintam tantum Essentiam, ex omnibus corporibus, Medicina faciendae commodis, elicere conantur. Hec Corpora, vel Metallici, vel alterius generis, sunt. Nec, Metallica sola septem illa, hoc nomine comprehendunt. quin, ea quoque, ac praesertim, intelligunt, quae ex ijs quasi ducunt originem, vel cum ijs, eorumve aliquo, ad finitatem prope coniunguntur. Cuiusmodi Vitriolum est, & Antimonium, ac similia. Ad alterum genus pertinent, veluti: stirpes, Planta, & Herba, Flores, Radices, Semina, Fructus, Bacca, ac Grana, Gummi, Resina, Liquores. &

*** quid

PRAEFATIO.

quid nō? Vbi, qd horū, ad colligē-
dum, ac stilādum ē: quo, ex eo, sim-
plicē primamq; Materiam extra-
hant, igni subiecere: vis ignis Chy-
mici paulatim perficit: ut ipsos illi
corpori cōclusos subtiliores spiritus
in lucem proliceant, & quasi, vi-
auellant: & eos ipsos in Succos, A-
guas, Olea, Pulveres, alias-
que Medicamentorum formas
valetudini tuenda, & morbis,
quibuscunq; curandis, cogant.
Huic ergo substantia, vim inesse,
Galenica Medicamentorum
compositione longe efficaciorē,
certē necesse est: cum purum in hac
ab impuro, per ignem disjunga-
tur: Galenicis impuris, scilicet
non purgatis, crassum illud & Ter-
restre, cohareat. Quo fit: ut hac,
& morbos, qui Physicorum in-
dustriam & operam poscunt, sa-
net:

PRAEFATIO.

net: & eos, qui ad Chirurghi cura-
 tionem pertinent. Ac si quis,
 forte, existimet: tantas huius Es-
 sentie Quinta vires, certis morbis
 non esse commodas, quin nocere
 potius: nam, num pro morbi natu-
 ra, minus vel magis potens medi-
 cina queritur? huic vero, una sola,
 perpetuaque virtus, immutabilis
 inquam, ab igne parata fuit: respon-
 dent: vel hoc detur: se eadem hac
 sua ignea Arte Sacra, vel com-
 mixtionibus, Medicina illius suae
 robur, quae necesse fore videatur
 intendere, vel imminuere: et quae,
 uti ferunt, velint moderari. Immo,
 tres eius Medicina facultates,
 haudquaquam mediocres, precipue
 commemorant. Prima est: ut,
 minore pondere sumpta, quae Ga-
 lenica, nihilominus persanet. Al-
 tera: quod multo facilius, im-
 mo nullo negotio, nullaque reli-
 quia *** 2 ita nan-

PRAEFATIO.

Et a nausea, sumitur. Tertia: ut longè citius, quàm illa, ac melius, ipsa curet. Quibus adiungendum porro est: quod &, quosdam morbos, qui difficillimè curentur à Galenicis, vel non etiam curentur: procul dubio, ut ipsi aiunt, sanet. Huc accedit: quod &, vel una hac re, Galenica Medicamenta, maxime longèq; superat: nimirum, quod illa aetatem non ferunt, sed, vel momento, vel pauco temporis intervallo, sic corrumpuntur, ut vires prope omnes amittant: hæc verò Chymica Medicina, perquam multos annos perduret integra, semperq; vim eandem retineat. Quamobrem: iatam, & simul, & semel, Medicus potest conficere, quanta ipsi, quoniam rectè conseruata, non corrumpuntur, in omnem vitam, vel diutissime victuro, et ad plurimos curandos morbos, usuro suffectura sit.

Nam

PRAEFATIO.

Nam certè, cum nemini non nota sit, Pharmacopœorum inscitia, & auaritia, tum etiam negligentia: multa enim perperam permiscēt, ac sepe præscriptorum, qua non habeāt, loco, alia, qua habent, substituant: ac vetera, ut plurimum, nullius virtutis, aut roboris, pro recentibus obrudunt, & pro salutaribus noxia nonnumquam: non sine eorum, qui decumbunt, vitæ periculo, ac detrimento: iure optatur: ut Medici, quemadmodum priscis Romanorum, Graecorumq; sæculis factitarunt, modo etiam Medicamenta, curandis agris, componant. Quam rem sanè præstant Chymici isti Medici. Atq; planè sunt in ea sententia: vel solis Herbis inesse vim, sanãdis morbis omnibus: si quis eas diligenter, penitusq; perscrutetur, & inquireat. Peregrinis igitur, & exoticis

*** 3 medica-

PRAEFATIO.

medicamentis, etiam quod eorū
natura, minus ceteris nota sit, no-
bis, ad curationes, multo minus,
q̄ vulgo putetur, opus fore. quia do-
mesticis nostris, & q̄ nos intus et in-
cute nouimus, abūdemus: peregri-
na, quae rara sunt, & magni esse
sumptus, & fere corrupta, cum
ad nos perueniunt. SED, dua,
XIV huius Chymica Medicina noue,
sunt secta. Prior, hac est, de qua
loquimur. Altera, cuius auctor
est, Theophrastus Paracelsus, Hel-
uetius. Hic, tribus illis Chymie
Principijs innixus: hoc tempore
primus Medicam Chymie Disci-
plinam, prope sopitam, ex Geber-
to & Arnolde, ac ceteris vete-
ribus, emanatam: sed Galenica
medendi ratione reiecta, quam,
ubicumque potest, incesit: ab
inferis quasi, reuocasse, excita-
seque dicitur. quin etiam: nouis
inuen-

PRAEFATIO.

inuentis ornasse, plurimis locu-
pletasse. Veruntamen: ad haec ex-
plicanda, Maiores secutus, at ipsos
obscuritate multa superans: tale
dicendi genus sibi proposuit, &
res involuendi simulachris, effin-
xit, quale, vel duo, vel nemo, vel
saltem pauci tantum, intelligant.
Ac neque desunt: qui eum, quam
verè nescio, ad scribendum: quis
enim plura edidit? cum impuris
Spiritus commercium habuisse,
referant. Et, quod ad eius Medi-
camenta pertinet: non sine maxi-
mo vita discrimine, sumi posse. E-
ius verò sectatores, longe diuersa
sentiunt. Nunquã decantandis eius
laudibus, & curationibus, ut adpellat,
miraculis, exsatiantur. Adeoq;
sunt in eum adfecti: ut ipsum, semper
in ore gerant: Philosophorum Lapi-
dè, ipsum sibi comparasse: quem,
inclusum, aiunt, gladii capulo, ge-
stavit. Denique: Morbos omnes, e-

PRAEFATIO.

tiam qui Galenicis incurabiles
visi sunt, veluti Lepram, & Apo-
plexiam, ac reliquos, perfectissi-
me sanasse. Quod alij tamen, vi-
falsum, redarguunt. Atqui ve-
ro, prior illa secta, non se vni Pa-
racelsi recoquendam dedit, aut a-
lioqui mancipavit, immo: ex om-
nibus Artis scriptoribus, ea seli-
git, que sibi indicat profutura.

Nam, etsi tota, in Chymicis corpo-
ribus Liquandis, & ad Morborū
Curationes destilandis, occupa-
tur: nihilominus, multa Para-
celsica non recipit. In primis, sti-
bi pulvere, intra corpus non vit-
tur: extrinsecus, eius oleum adhi-
bet. Deinde: Galenicam Disci-
plinam, quantum ad Morborū cog-
nitionem, & eorum naturam per-
scrutandam, spectat, amplectitur.
In remedijs, solum, ab ea disce-
dit: quod putet se, Galenicis effica-

ciora

ciora praestare. Ergo: Galenicis Morborum indicationes, et si Medicamenta sua praefert, minime contemnit. Quoniam, à Morbi natura, ab aegri viribus, ac natura, necnon ab eius etate, à tempore, à loco, vitæ studijs, consuetudinibus, & horum singulis, oriuntur. adeoque, duo, Indicy genera, Galenici: Vnum, quod à ratione, alterum, quod ab adparentibus, proficitur, enumerarent. ex quibus, quid aegrum iuuat, quidque noceat, comprehendi potest. Parandorum autem, componendorumque Chymicorum, quæ diximus, Medicamentorum viam, ratio id quod de suis Galenus scribit, repperit. Non solum enim, facile est inuentis, quod, aiunt, addere: verum etiam, non pauca, cottidie solerti hominum industria, & obstinatis laboribus, excogitantur. At,

*** s horum

horū Chymicorū inuentorū vim,
ac virtutem, sic experientia com-
probanit: vt multi, multis in pro-
uincijs, Turca praesertim, in hanc
Destillandi artē incumbant, huius
tantū Medicinae nomine, & eius
solis Medicamentis, haud infel-
liciter vtantur. Vnde, nonnullis
suboriur suspicio, Galenica, pe-
detentim, in desuetudinem ab-
itura. S E D, quidā ceteris in-
geniosiores, vna & hāc Medicinā
ē Chymicis corporibus, & Aurum
quoque, & Argentum extrahunt.
Queres, sic habet. Isti, quo tempo-
ris, & expensarum, compendium
faciant: vno eodemq; loco, duos
Furnorum distinctos ordines, in-
stituunt. Prior ordo, furnos, Lapi-
di Philosophorum conflando, ha-
bet. Alter, illos, quibus Medici-
nae illa, ex corporibus eliciuntur.
Cuique vero ordini, non vnum.

tan-

tantum, sed plures Furnos, adtribuum. Verbi causa. Lapidum illi componendo, quatuor, vel, pro rerum varietate, plures. Medicinis extrahendis ordinis ordinis, totidem. Sic fiet, ut, ordine Furnorum Lapidis, tot eius conficiendi rationes, cum multis, a scriptoribus proponi aliqui putent, probentur: quot Furni erunt illi constituti: Itemq, ex ordine Medicina, tot Medicinas è corporibus extrahas, quot Furni, ad eas erunt designati. ex singulis nempe furnis, singulas. Et, ut haec omnia simul fiant: simul etiam experimenta produunt sua. quod aliqui, singula sigillatim probaturo, vix multis annis contingeret.

Cetera, quae de Igne moderando, & Instrumentis, ac vasis, ad haec omnino sunt necessaria:
magis

magis è re est oculis, & usu, quàm
ex libris, aut praeceptis, addisce-
re. Quidam, & hac ratione, impè-
sis parcunt: quod unis rebus, in-
testa vasa, ad reliquarum usum
purgare, indurareque, nouerunt.
Vnum postremo, minime prater-
mittam: eos, qui Chymica probe
callent, expertique sunt, longo ad-
modum tempore, testari: Aurū,
Argentumque, hac Arte Sacra,
minima pecunia flari, feriri, qui
multam ad id petūt, impendunt-
ne: vel impostores esse, vel, uti so-
phicos, Artem panitus ignorare.
Sed hac hactenus.

XV

AD TE
VENIO, Redingere. Cum, ab
eo tempore, quo tu Colonia disces-
sisti, nullas à te litteras adceperim
nec ego ad te scripserim: iusta cau-
sa mihi visa fuit, cur, hos elegan-
tes libellos, nūc primū in Germa-
nia editos, ad te mitterem. ne tu
loco-

locorū interuallis putares, amicitiam nostram dirimi: vel, me, tui non saepe meminisse. Itaque: cum tu, iam aliquot annis, multas prouincias peragres, tu tamen bonarum Artium studia non deseris: immo, ipsarum cultores, diligenter foues, summaque beneuolentia, comprahendis. Quare: existimaui hac Arcana, tibi grata fore, maxime, quod iter agens, ea, manus pupillo concludere ualeas, et de ijs, vna, cum domestico ac familiari tuo Carolo Clusio, optimo doctissimoque viro, conferre, necnon eius iudicium: quod harū rerum scientia, & herbarum excellenti cognitione praestet, excitare. Sed eos, ni fallor, propter tuum erga in me amorem, in Bibliotheca tua recondere, non grauaberis. & tot alijs, socios adiuuges. Apud multos enim,
fama

PRAEFATIO.

fama perccebit: te, vñā omnium
omnis lingua, ac disciplina Scripto-
rum, locupletissimam, Bibliothecā
apud tuos Silesios instruere. vñdi-
que conquisitis, magna pecunia, li-
bris editis, & cuiuscunque generis,
manuscriptis. Eam etiam te, quod
pauci fecerunt, illustrare, ditareq;
veterum, ex Auro, Ere, Ar-
gento, numismatum maxima vi.
Nec enim, vel Romae aurea apud
quemquam plura vidimus. Quae
numismata, dum hic esses, multis
per humaniter ostendisti. Recte igitur
Redingere, facis: qui, cum mul-
tas auitas opes possideas, & pere-
grinas prouincias, inuisas: animo
ex peregrinatione, prudentiam, ad
Reipublicae tuae utilitatem, & am-
plae familiae tuae, insigni Bibliothe-
ca, perpetuum literarum decus &
ornamentum, quaras. Quibus re-
bus

10. *Sante* PRAEFTIO.
*bus, honesta veraque gloria,
comparatur. Vale. Calen-
dis Martijs. M. D.
LXXII. Vbio-
rum Colo-
nia.*
(:·:)



INDEX RERVM

*precipuarum, quæ in singulis
Centuriarum Aphorif-
mis continen-
tur.*

CENTVRIA I.

S Aluæ virus, & pernicies, cum e. iusdem præcautione & digno. tione Aphor.	1
Vermes & scorpio in cerebro	2
Mos inoleuit apud veteres ut digi-
 tus qui medio & minimo interiacet
 auro insigniretur talig, gestamine de

B 2 cornus

MEMORABILIVM

corus esset, potius q̄ ceteri. Quod tenuis quidam arteria ductus (non autem nervi, ut Gellius existimavit) à corde ad hūc digitum porrigatur. Cuius motus in parturientibus & delassatis, omnibusque cordis affectibus, tactu manifestè deprehenditur, Lemnius.

59 Puella insigni pulchritudine decorata, sed napelli veneno educata, ab Indorum rege dolofo muneri Alexandro Magno data fuit. Cuius scintillantes & serpentum more nictantes oculos cum Aristoteles vidisset, ô Alexander, inquit, caue tibi ab hac, nam virus pestilentissimum alit, unde tibi exitium paratur. Nec iudicio defuit euentus: plerique enim proci, puella huius commercio intoxicati interierunt. Autores sunt Aristot., Plin. Auerrois, Galen. Auic. & alij multi.

60 Leonem valdè exterrere fertur galli

galli gallinacei cantus, albi præcipuè,
 & maxime visa eius crista: cuius a-
 spectum ne sustinere quidem potest.
 Hinc nimirum rectè scribit Proclus,
 demones leonis formâ aliquando ap-
 paruisse, qui obiecto gallo disparue-
 runt.

Ligna & tabulata alumine illita 61
 non ardescunt, ut nec postes, fores aut
 lacunaria ære viridi imbuta, modo
 crusta durioris obducatur, & alu-
 men, plumbique albi cineres, pigmē-
 ris copiose misceantur. Cuius rei spe-
 cimen edidit Archelans Mithrida-
 tis præfectus in lignea turri contra
 Syllam, quam frustra incendere co-
 nabatur: eo modo quo Casar castellū
 ex larigna materia constructum cir-
 ca Padum, ut tradit Plin.

Remorantibus urinis & coli; cru- 62
 ciatibus medetur aqua ablutionis
 pulueris ex genitali cervi epota.
 Quin & pulvis ipsemet dysentericos
 B 3 valdè

MEMORABILIVM

valdè inuat. Valet etiam ijs medica
mentis remistus, quæ sopitam Vene
rem excitant. Andr. Matthiolus.

63 Vermis terrenorum cineres, aut
stercoris murium, vel cervini dentis,
*pro dentib.
eradicandis* dentium exesorum cavernis immif-
si, illos absque ferro & machinulis e-
radicant. Prætere à si lapis repertus
*pro malis
oculoru* in capite oblongi limacis, ad lanorem
teratur, & oculo infletur, omnes eius
maculas detergebit obliterabitque:
sive unguis fuerint illa, sive leucoma,
nebula, aut quid aliud.

64 Genuina est hydrargyri proprie-
tas, pituitam ab ulceribus & mem-
bris extremis ac longinquis arcere,
& per faucium adenes, paristhnia,
oris poros & gingivas expurgare.
Sed hepatis, cerebro, nervis, ossibus,
dentibusque, non tantum suo frigore,
sed tota substantia forma specifica,
summè est noxium. Langius.

65 Hybernis mensibus aqua vite sef-
qui-

quadrachma seu cochlearis mensura,
 sacchare optimo edulcata, adiecto
 primary panis exiguo bolo, ne cere- ^{aqua ista}
 brum feriat, vel hepatis quid nox ^{quando &}
 adferat, salubriter exhibetur ieiun- ^{quib. bona}
 iunis obes, pituitosisq; corporibus,
 ut humores excrementitios conco-
 quat, & illorum corpora à lethargo,
 apoplexia & morbis frigidis vindi-
 cet, Lemnius.

Pulvis magnetis triobolari pon- 66
 dere potus ex succo fœniculi, hydro ^{us ista}
 picis aquas detrahii. Et magnes ip- ^{pro hydro.}
 se capiti admotus, dolores, omnesq; ^{et cap. Dolo}
 eius querelas obliterat. Quod ex ve- ^{v. 41.}
 terum commentarijs se transtulisse
 scribit noster Hollerius.

Argenteas literas sic facies absq; 67
 argento. Sume stanni opti. unciam
 unam, argenti vivi uncias duas,
 misceantur & liquecant. Dein-
 de terantur cum aqua gummata.

B 4 &

MEMORABILIVM

Et ex ea materia, ubi opus erit, formentur litera.

68 *pro vino* Acorem & corruptelam omnē sic depones a vino. Accipe iustam quantitatem cicerum, & ea oliuo inunge, coque, iere, ut fiat crassamentum velut maza & pasta. Ex ea projice libram mediam in vinū quod tendit ad acridinem & sapor ille intra diem naturalem emendabitur.

69 Alimenta fulmine vitata pernicio sa sunt ac summè noxia. Nam illi est virulentia quadam ac pestilens lues, ex qua spiritus venenatus in cōtacta diffunditur. Quod scire interest, ac meminisse expedit.

70 *Lapis de zouard.* Tradunt seduli rerum naturalium perscrutatores, coacervari vermes in involucris intestinorum cerni, & serpentium esu necari, quos spiritum narium ex cavernis elicit. Ne verò illorum virus ei obsit, ad fōtes aquarum properat. In quibus dum ad labia

bia usque mergitur, ex oculis lente
distillant lacrymae, quae viscedine
sua in maioribus canthis ad nucis
ingladi magnitudinem concresecunt,
& quodam modo lapidescunt. Vbi
vero sese veneno exoneratum sentit,
aqua egressus, attritu oculorum ad ar-
bores, tophum illum, visus obstaculum,
(lapidem si placet appella) excutit.
Quem efficacissimum esse aduersus
venena, testes sunt magna autorita-
tis & antiquitatis medici quamplu-
rimi. Talem gloriantur se vidisse Ju-
lius Scaliger, & Amatus Lusita-
nus: traduntque peste correptis effica-
citer dari cum vini momento. Nam
tantus illius vi & presidio cietur su-
dor, ut penè totum corpus eliquari
credas: quo vno pestilens virus foras
iruditur. Lapidem hunc Arabes
medici Bezoard vocant, & ab eo a-
lexipharmaca, remedia aduersus ve-
nena, Bezoardica.

- 71 *Philetas poeta Cocus plumbeis & siccis est soleis, ne à vento ob corporis exilitatem euerteretur. Et Osiander theologus, ut scribit Georg. Fabricius, auream catenam collo gestavit, ne lepra theologorum, quæ Grecorū medicorū est elephantiasis, inficeretur.*
- 72 *Coturnices & capra helleboro, ut sturni cicuta innocēter vescuntur, vel Lucretio teste, Epicureorum scholæ discipulo & philosopho argutissimo,*
,, Præterea nobis (inquit) veratrū est acre venenum:
,, At capris adipēs & coturnicibus auget.
,, Quippe videre licet pinguescere sæpè cicuta.
,, Barbigeras pecudes: homini quæ est acre venenum.
73. *Menstruatus pannus radicibus arborum conspultus & maxime iuglandis, illam paulatim enecat, ut*
Demo-

Democrito, geoponico visum est. Ad-
do, q. si quis verbasci plantam manè
dum flores aperit leniter concusserit,
ad vnum omnes sensim defluent, ac si
planta exiccata esset, vel siderata.
Quod magicis artibus fieri arbitra-
buntur rerū ignari: presertim, si quis
excutit, verba quadam obmurm-
rare fingat. Aut. Ioā. Bapt. Porta.

Ex asbestino lino & amianto la- 74
pide, lintea contexunt Indiani, que
in ignem proiecta flammam quidē
concipiunt, sed ab ea non consumun-
tur, aut detrimentum vllum accipi-
unt, quin potius exēpta splendescūt,
nihilq, illis deperit. Dioscor. Plin. &
alij multi. Tale habuisse aiunt Caro-
lum. V. Imperatorem.

Vaccarum vngula ex prioribus 75
pedib. exuta, cremata, & in subtilissi-
mum puluerem redacta, lac nu-
tricibus auget, si illis exhibean-
tur in insculo, vino, vel liquore

B 6 alio

MEMORABILIVM

alio idoneo. Eadem carbonibus imposita, mures suffitu enecant, vel alio abigunt. De experimento cuiusdam Hispani.

76 Cochlearia ex ficulneo ligno facta hoc habent peculiare, quod carnes ad celerem coctionem adigunt, si elixationi earum sapius admoueat, vel cum illis una elixentur. Quod & vitri fragmento multi etiam adscribunt, de experientia. Sed aiunt, vitrum illud debere esse constatum ex cinere sceni vel silicis.

77 Qui hydrargyro, seu vino argento, vitiatas aquas ex montibus scaturientes bibunt, ijs choeradibus aut strumis, nec non bronchocæle, seu gutturis hernia & tumore ad sternum pedulo collum turgere solet. Ex quo rectè præcepit Vitruius, ut ex membratura & habitu corporis incolarum pulchro vel deformi, naturas aquarum illius regionis exploremus.

Aqua

Aqua vite, foris admota, oppor 78
tune auxiliatur nervis, musculus & nota
membris algore oppressis, omnesque
affectus dolorificos qui in frigidis hu-
moribus consistunt, perbellè discutit,
vi calorifica ac penetrandi celeri-
tate.

Oleum ex sulphure ad hunc fit mo 79
dum. Sulphur in cenostagmate (stil-
lario vino, seu aqua vite) ferue-
fit, dum enatet lentor quidam, lana
molliore, vel attrito linteo rapidius,
aut conchula alioquin excipiendus.
Aliquoriet commuranda est aqua,
donec satis olei collectum sit. Hoc de-
mersum corpori hydrargyrum foras
allici volunt, statim illud à balneis.
Jacob. Hollerius.

Si in sinistra manu habueris cor 80
caninum, in cuius centro sit defixus nota
dens canis, te presente omnes canes
conticebunt: maxime si utrumque
fit ex nigro cane acceptum. Quod
pra

MEMORABILIVM

pro vero & comperto mihi traditum est.

81 *Margaritas & uniones sic finges.*
Accipe candidos lapillos ex capibus vel oculis piscium: quos munda, sicca, puluera, & agitas, de spumatisque ouorum albuminibus excipe, misce, ac rādium moue donec fiat maza & spissamentum: ex quo unionum corpuscula, dum recens & tractabilis est materia, effinge, & seta suilla, ut fiat foramen, transfige. Tum demum resiccata coque in lacte vaccino, & secret o loco procul à Sole & puluere iterum sicca, donec perfectam duritiem induerint. Videbis quod placuisse queat.

82 *Cælum crebro tonitru reboans subitam & insperatam mutationem vinis multis inferre solet. Quod si vinaria cella subterranea & restitidinata fuerint, minus detrimenti accipient vina, quam si tabulatis cōstru-
cta*

Etia sint. Praecautio erit, antequam tempestas ea ingruat, vasis vinarijs laminam ferri cum sale, aut silices superponere Leuius Lemnius.

Quum Aristoteles in Chalcide 83 exularet, & Euripi angusti in Euboea freti, septies interdum noctuq, alterius fluctibus stæto tempore reflui, causam reddere non possêt, mærore contabuisse, & hinc morti occubuisse fertur. Auctores sunt Iustinus Martyr, Pitararchus, Crinitus, & alij.

Dentes apri recenter occisi adeò 84 feruēt, ut crines aut setas, si quis admouerit, exurant. Quod se atroci dente irâ inflammatus aper, contra persecutores vlciscatur, Auctor Xenophon.

Struthiones conflata auro, vela 85 lio metallo, numismata in horto ducis Ferraria deglutire & concoquere vidi, inquit Ioan. Langius. Addit quòd cum metallorum scobem adeò appe-

MEMORABILIVM

appetāt mures, credibile est eos metalla cōcoquere, ac his nutriri. Quos Theophrastus in Syaro insula expulsis incolis ferrum quoque arroffisse tradit. Referunt & Lauinij argenteos clypeos corroffisse, ac magnam apud Chalybas in ferrarijs officinis iacturam fecisse.

86 Adeo dissident homines & serpentes irrecōciliabili odio, ut statim viso serpente expanseat homo: & femina uterum gerens, partum abortu vitiet. Nam statuta est à mundi primordijs inter hanc & illum irreparabilis inimicitia, & indicibilia antipathia.

87 Inter ea quæ calorem nativum augent & excitant, ac dolores quorūcunque membrorum demulcent, primum locum habent catelli, non omnes quidē, sed ij precipue quibus pilus est concolor. Sic in chiragra, podagra & omni arthritide nihil presentium

sentius ad conspiciendos cruciatus
quamlibet efferatos, si parti affecta
adhibeantur. *Leuius Lemnius.*

E Proculo Casare centum vir- 88
gines intra dies quindecim foetum cō-
ceperunt. Et Artaxerxes centum
ac quindecim filios habuit. Porro,
de Socrate illud est memorabile, q̄
cū adolescentis petulans illum calce
percussisset, idē, molestē ferrent eius
amici, Si me asinus calce pulsasset,
inquit Socrates, dignū ne existima-
retis ut mutuō illi calces inijcerent?

Bardana maioris folium (qua ē 89
arction. & personata dicitur) sum-
mo capite gestatum, matricem sur- *pro affectu*
sum tollit, sub planta pedis, deorsum *matricis*
Quod remedium prestantissimum
habetur aduersus suffocationes, pra-
cipitationes, ac dislocationes matri-
cis. De folio Brassicae scribit M. Ca-
to, quod vertici capitis impositū vnu-
lam ex defluxu pendulam, vel ali-
ter

MEMORABILIVM

ter affectam, sursum rapit.

- 90 Gutturitas seu bronchocœle non solum vernaculum est vitium incolarum montium, sed etiam aduenarum. Qui si collo vel anseribus graciliore illuc accesserint, & de hydrargyratis montium fontibus annos aliquot potauerint, illos guttura, qualia sunt taurorum palearea, in patriam referre videbis. Et, quod omnem superat admirationem, ligna etiam in hos fontes proiecta, tubescunt, Langius.
- 91 Quum omnia quæ à terra eruuntur, quamlibet ponderosa, argento viuo innatent, solum aurum subsidit, & ab eo absorbetur, mutato colore in argenteum: qui nisi igne elui potest: sic enim in fumum resoluitur terribissima odoris foeditate.
- 92 Cancer fluminalis tritus, tela ac spicula à corporibus detrahit, si illis superponatur. Quod etiam peculiare habet

habet lacerta parietaria caput, & rana secta. Sic scorpio contritus & appositus, virus quod infixit retrahit. Res imitanda crudelibus aliquot adolescentum amasus, que ubi vulnus quandoque letale illis inflixerunt, remedium quod presentissimum habent, atrociter denegant, & ita miseris miserius perire, vel ad tabem usque languere sinunt.

Virides literas sic facies. Accipe 93 folia ruta, succum exprime, florem aëris & parum croci adde, tere, & dum uti voles, aqua gummosa excipe, ac scribe.

Cum volueris ut pisces multi con- 94 gregentur in unum locum, fac imaginem piscis ex stanno vel plumbo, ascendente prima facie Aquarii (melius fortasse Piscium) & dum illam figuras dic, Ligo & adiuro omnes pisces qui sunt in flumine (nominandus est) ad tractum balista, ut ad hanc imagi-

MEMORABILIVM

imaginem veniant, quotiescunq; in eius aqua posita fuerit. Et cum volueris exire piscatum, pone eam circa rete in olla noua, & miranda ac periucunda videbis.

95 Vinum vitiatum reparabis, si in aliud dolium illud transfundis quod prius de rasum & a fecibus deter sum fuerit, necnon decocto calido foliorū lauri, myrti, hormini hortensis, qua nostra est orualla, iuglandis aut radice ireos, vel baccarum iuniperi, probe ac diligenter elotum, ubi in usum voles depromere, colorem, odorem ac saporem sanè quàm gratum exhibebit.

96 Testatur Aristoteles arcanorum naturæ consultijs. amitam Timonis, quotannis in spelunca, vrsarum more, bimestre tempus absque villo alimento semianimem delituisse, vt sola spiratione viveret, ac egrè dignoscetur. Autor Athenæus.

Signa

Signa morituri ex ulceribus sunt, 97
 quando illa quibusvis emplastris o-
 perta, nulla sanie madescere, aut li-
 nescere deprehenduntur. Adeo ci-
 tra nature vires nil pharmaca pol-
 lent, Lemnius.

Si in succum limonij mittatur nu 98
 misma puri & obrizi auri, vel eius
 loco bractea, foliumue auri consimi-
 lis, & exacto die naturali illinc edu-
 catur ac peste laboranti succus ille
 prebeat, cum tantillo vini albi &
 puluere radice angelice, vel ex de-
 cocto ipsiusmet radice, mirum dictu
 quantum presidij adferat etiam de-
 ploratis & conclamatis. Experiū.

Contra
 pestem

Hedera vis ac natura, Tertulliano 99
 autore, est caput ab heluco, hoc est
 pridiani vini oscitantia & semisom-
 no, defensare, vi nimirum discussoria
 atque exiccante. Quæ etiam a cra-
 pula tutos reddere creditur capiti
 admota, vel presumptis eius acinis
 aliquot

MEMORABILIVM

aliquot. Atque hinc factum crediderim, ut Bacchus foliatis uuis bedere coronaretur, & ob id Corymbifer diceretur.

100 Errant, inquit Ioachimus Fortius, qui putant Iulium, fuisse Casarem nuncupatum à caso matris utero dum nasceretur. Nam quo tempore subiugaret Gallias, matrè nomine Aureliam amisit. Que superuere nequisset, si caso eius utero natus ille fuisset. At in his audiendus non est Ioachimus: nam plures mulieres vixisse annos multos constat, imò verò concepisse, ac peperisse, caso illarum utero: quemadmodum historijs aliquot in hac centuria ostendimus, & alijs deinceps indicaturi sumus.

ANTO-

ANTONII MI
ZALDI MONLVCI-
ANI MEMORA-
BILIVM.
Centuria. II.



MEMORABILE est
ac valde admirabi-
le q̄ narrat Alex.
Neapolitanus cer-
tis ac fide dignis au-
torib. se cōperisse in
citeriore Germania intra Danubiū,
vites emergere qua clauiculos & ple-
rūq; folia ex puro auro candicantia
ferant. Quae regib. & summis ducib.
dono sunt data. Idē cōtigisse refert
Bapt. Fulgos. (adnotate Gaudentio
Merula) iuxta Sirminum urbem
Pannoniae, ut in sequentibus ple-
nius ostendemus. Causa aurifo-
dinis sub vite latentibus adscribi po-
test. Nam, Plinio autore, sub terris,
aut

MEMORABILIVM

aut certè in summo carum cespite,
metalla inueniuntur. Quæ vi qua-
dam natura, auxiliares velutima-
nus etiamnum præbente cælo, à plan-
tis attrahuntur & rapiuntur: via &
modo imperceptibili. Quod philoso-
phoræ; poëta de aureo virgulto in
luco Cumano exorto, fabula subtili-
ter inuoluisse mihi semper est visus.
Sed de his alibi.

- 2 Si per nuptialem annulum spon-
sus mingat, à fascino, & veneris im-
potentia soluetur, qua à maleficis li-
gatus fuit. Autores sunt Guliel. Va-
rignana, Nicolaus & Arnaldus à
Villanova medici: necnon Petr. Ar-
gelates chirurgus. His addo quòd
mulieres qua dormire consueuerunt
supra dextrum latus, vix femineâ
sobole pariunt, vt scribit Rasis.
- 3 Aqua per plumbeas solenas, sy-
phones aut fistulas deducta, fugien-
da est: nam sordes & limus plumbi
ei ad-

ei adherent. Ob id qui talem aquã
bibunt, dysenterici fiunt. Adde, q̃
non parum incommodi etiam reci-
pit ab hydrargyro, quod plurimum
inest plumbo. Auctores sunt Gale-
nus, Albertus & alij.

Admiratione dignum est, quod 4
ex morbo Neapolitano inunctus, si
aureum annulum, vel numisma in
ore teneat, & lingua hinc inde volu-
tet, argentum vivum quod corpori
ex illius & unguine innatat, ab au-
ro rapitur & in annulum deuol-
uitur: sic ut totus argenteus exima-
tur: nec pristino restituitur nitore,
nisi igni admotus, Lemnius.

Cochlearum & limacum carnes, 5
aliã per se, aliã cum suis volutis tri-
ta, mixto interdum coagulo, spicula
ex alto rapiunt. Prater eã, hydropi-
corum ventri imposte, aquas exu-
gant. Sed prius soluere non oportet,
quã totus humor exudauerit, aut
spontè

MEMORABILIVM

sponte sua decidant. Jacob Holler.

6 Herba cynoglossi, seu lingua canis
 matrici canis copulata, oēs urbis vel
 ruris canes eò loci cogit, ubi occultata
 vel sepulta fuerit. Et si talis miscella
 ne a collo canis ita appensa aut ligata
 erit, ut excuti non possit, videbis eū
 tamdiu circumuolui ac rotari, do-
 nec semimortuo similis corruat. Illud
 idem sub planta pedis gestatum, om-
 nem canum latratum ligat & impe-
 dit. Albertus.

7 Phasorinus refert apud Aulum
 Gellium Scythas, si quando rei cu-
 iuspiam causa inedia ferre cogere-
 tur, latioribus fasciis ventrem cohi-
 buisse: Quod nulla relicta inanitate,
 fames eos minùs infestaret. Nam
 propter nimiam ventris compressio-
 nem, tolerabilior est inedia. Ex quo
 factum videas, ut qui liberalius ci-
 bari volunt, diuoridem laxent, & ti-
 bialium ligulas soluant.

Cum

Cum volueris fugare lupos ab aliqua villa aut nemore, ut nunquam ibi reuertantur: Figura ascendente secunda facie Sagittarij imaginem lupi in cupro vel stanno, pedibus simul ligatis, & duos maximos canes quasi laurantes super eum. Et inter operandum dicas, Extermino per hanc imaginem omnes lupos qui sunt in hac villa aut nemore (proprio nomine addito) ut non remaneat aliquis eorum in illo. Deinde sepeli imaginem in medio ville aut nemoris inuolutam canina pelle, & pedes lupi sursum vertas, ut sit supinus. Sic red des regionem a lupis immunem.

Althea maluaq; decoctum scabras manus & rugosas emendat, lenit ac emollit. Sed id multo efficacius prestant semina foeni graeci & lini, quod miti oleagine imbuta sint. His addo quod palubus ferus ex postea decoctus tormina sanat & discutit. Pli.

Fluxus
Sanguinis

C 2 Thra.

MEMORABILIVM

10 Thrasias pharmacopola, & plerique in Graecia pastores, integros heli lebori manipulos citra noxam deuorauerunt, & concoxerunt. Cuius frequentes potiones ob pharmaci assuetudinem, nec vomitu, nec alui deiectione purgare poterant Eudemum Chium, ut scribit Theophrastus.

11 Elephas viso ariete mansuescit, ac furias impetumque remittit. Quibus machinamentis Romani elephantos Pyrrhi Epirotarum regis in fugam verterunt, & amplissima victoria potiti sunt. Adde quod coruum miluus est inimicus, nam volatu praestantior & unguis validior, escam ei praeipit.

12 Si quem vino obrutum esse contingit, vomitu, ut etiam Ecclesiastes consulit, illi succurrendum est. Deinde testes, partesque genitales, mantili aut sudario frigida madefacto inuolui debent: Feminis vero ubera,

mam-

mammæq; in eundem modū foueri,
nisi vterum gestauerint.) Lemnius.

Bubonium, seu inguinaria her- 13
ba, precentissimum est remedium ad
inguinum affectus (ex quo nomē ha-
bet) siue illinatur, siue suspendatur.
Addit Aëtius quod plantago a-
refacta, vermes in vlceribus contra-
ctos interficit. Et Nicander tradit
femen buborum veneno aduersari.
Horum autem nomine intelligi pu-
ro, id quod vulgus Gallicum vocat
Eschalottes, oignonnetz & appe-
tiz.

A capitibus & caudis anima- 14
lium pilosorum abstinendum censet
Rasis: nam veneno haudquaquam
carent. Docet insuper hepata anatū
proprietaem habere sistendi fluxum
qui ex debilitate hepatis nascitur:
ad hec merulam optimum esse cibū
ijs quibus melancholia generari in-
cipit.

C 3 Opti-

MEMORABILIVM

- 15 Optima & salutaris aquae indicia sunt, ut celeriter feruescat, & celerius aëri exposita frigescat. Adhuc, ut legumina, praesertim pisa, cuius asparagis, quod aiunt, decoquat, nullamq; in fundo sui vasis maculam aut limum relinquat, neque linteolum in ea demersum labe aliqua inficiat. Debet insuper esse limpida, levis, omnis qualitatis expers, & hypochondrijs minimè gravis, ex sententia Hippocratis & Galeni.
- 16 Argentea vasa auro incrustari & obduci nequeunt, nisi argenti viui ministerio, cui vni se obsequiosum praebet ac tractabile. Nam cum omnia metalla respuat, soli tantum auro, ceu amico & familiari, libenter sociatur, maritatur, & agglutinatur. Hinc argento egerimè adhaerescit, egerè plumbo, difficillimè ferro, aeri mediocriter, Lemnius.
- 17 Fermentum oleo subactum, & cū
cepa

cepa cocta trisum. potenter coquit ab-
cessus, mollitq; ac digerit. Et fœnū
græcum oleo incoctum duris inflam-
mationibus utiliter adhibetur. Ad-
do quod cochlea fixæ vel assatæ hy-
dropicos mirandum in modum adiu-
uant, si ijs sæpè vescantur.

Folia auri, quot volueris accipe, 18
nec non mellis guttas tres vel quatu-
or, misce, tere & serua, in osseo vas-
culo. Si ad scribendum vti voles, ad-
de aliquantulum aque gemmatæ, &
habebis literas incomparabiles, A-
lexis Pedemontanus.

Plinius tradit Astomorum gen- 19
tem sine ore, corpore toto hirtam ve-
stiri in India frondium lanugine, &
halitu tantum ac odore viuere, quē
naribus trahunt: nullum illis cibum,
nullumq; potum adesse, sed radicum,
florumque varios odores excipere,
& syluestrium malorum olfactu,
(qua in longiore itinere secum defe-
runt,

C 4 run,

runt, ne desit odoratus) nutriti & sustentari.

20 Si in recenti muris stercore sepelitur aurum, comburitur ut fieri solet cum plumbo. Idem sic combustū se in pulverem conuertatur, & stercoreibus cati obruatur in pristinum statum redit, ac propriam naturā cum colore agnoscit. Ex Pedemontano. Sunt qui combibi, potius quā comburi dicant.

21 Annus atatis sexagesimus tertius labens, raro absque vitæ periculo, vel insigni aliquo incōmodo irāsi-gi solet, ut innumeris observatum est exemplis. Hinc Aug. Caesar, Gellio autore, sibi gratulatus fertur, quod eum atatis annum evasisset. Causa esse potest, quoniam is annus septimi atque noni (qui climacterici & vitæ humane critici esse solent) sibi invicem connexam, vel, ut loquuntur Arithmetici, ductam in sese quadratē

dratè multiplicationem cōtinet. Nā
nōies septem, vel septies nouem, se-
xaginta tres constituunt. Sed hec
paulo plenius ac planius tibi aliquā-
do expedient Iatromathematica
nostra.

Bones eētomi, id est castrati, ma 22
iora ferunt cornua. Et quibus propè
aures vene inciduntur, eos in Vene-
ris luētā sperma quidem effundere,
verūm id modicum esse ac sterile, au-
tor est Hippocr.

Simius adēo testudinem perhor- 23
rescit, ut ea visa latebras querat, &
validè clamet. Sic elephas subrumi
suis grunitum summe reformidat,
ut tradit Zoroaster in geoponicis.
Sed admiratione dignum est, quòd
pullus gallinaceus, qui serpentem ac
draconem non pertimescit, usque a-
dēo umbram, vel præteruolātis mil-
lij expauescat, ut ilicò sese illatebret,

C 5 ac se-

- ac securitatis & euasione locum repente capret.
- 24 Videmus catellos plerosque arthriticorum membris, dum sentiunt dolores, ad motos, fractis, enervatisque esse articulis, ac agre pedibus insistere: maxima doloris parte in eos translata, ut scribit Lemnius.
- 25 Catonem seniore poenitebat, mulieri quidquam arcani credidisse: aliquo nauis traiecisse, quod pedestri itinere proficisci licuisset: & diu per negligentiam, inanem sibi effluxisse.
- 26 Succinum quodcunque in adipe lactentis suis decoctum, non solum pellucidius redditur, sed etiam multo prastantius. Et si quis secum habuerit semen acetosa collectum a puero virgine, non poterit sperma emitte, nec in somno, nec in vigilia. Ob id contra nocturnas pollutiones plurimum valere traditur. Autor Gilbertus Anglicus.

Bar-

Bartholomeus Montagnana in- 27
 signis medicus, refert quendam ci-
 nem Paduanum cum alteri genu-
 um cantharides admonisset, supra
 quinque libras sanguinis eminxisse.
 Idem quoque accidisse tradit alteri,
 qui eas ad unguium leproforum sca-
 britiem tollendam pollicis pedū appli-
 cuisset. Hinc nimirū cōstat, canthari-
 dū virulentia nō solū intra corpus,
 sed etiā extra perniciē adferre. Lā.

Luna in hac terrena vires suas 28
 maximè explicat, quum vel Soli est
 opposita, vel ab amplexu illius rece-
 dens paulatim lumine intumescit,
 ac veluti gravida efficitur. Quo tem-
 pore concubitus minus officit, quòd
 tum omnia humore imbuantur. Un-
 de fit, ut carnes illius radijs per hac
 tempora expositæ, faciliè tabescant:
 & sub ea dormientes pallorem, capi-
 tisque gravitatem contrahant, ac
 morbo comitiali tententur. Plinius.

C 6 Ostrea

- 29 Ostrea viua pestiferos bubones loco transferunt, & virus omne ad se trahunt: sunt autem ag glutinanda brachio, quâ axillaris decurrit, si quidem bubo in alis est: si verò inguen obsidetur, lineamentis femoris, qua vena cruris describit, Holterius.
- 30 Magnes verus capiti coniugis dormientis, sed nescientis, suppositus, si casta est, dulcibus amplexibus virum detinebit: sin minus, è cubili tanquã pulsata desiliet. Autor Albertus, cui tantum fidei adhibebis, quantis monstrabit experientia.
- 31 Cuilibet rerum speciei est peculiare astrum, ut polus magneti, & cuilibet astro peculiaris intelligentia demon, ut homini cuilibet suus genius, dicatus est. Plato in Tim. Sic selenites candidus ex Arabia lapillus, pro Luna crescentis & decrescantis mole, eius imaginem reddit: & ob id Lunaris

maris esse censetur. Proclus, Dioscori-
Alianus.

Azurum, ut vocant, ultrama- 32
rinum, sic conficies ac bellè ementie-
ris. Habe azurum commune, tere
diligenter cum aceto, eoque inunge te-
nuissimam laminam argenti puri,
& eam superpone vase urina pleno.
Quod calidis cineribus & prunis
tamdiu admoueat & moueatur,
donec ultramarinum euadat, hoc
est prestantissimum. Ex libro manu-
vetustissima descripto.

Infantes elegantiori forma nutri 33
ces & gestatrices ambiunt, rugosaf-
que ac deformes anus perhorrescunt.
Quocirca cum annosis & virosis foe-
minis in eodem lecto collocari non de-
bent. Nam quod halitu graui ferè
sint, ac tabifico, fit hinc, ut quidquid
ab illarum corporibus effluit, facile
ad se alliciant infantuli, & colorem
à naturali alienum, cum multis viri-
tibus

MEMORABILIVM

- tijs induant. Quod veris & prudentibus matribus scriptum sit, quibus esse solent vigili per dulcia pignora cura.
- 34 David septuagenarius cum senili frigore torperet, nec pellibus opertus incalesceret, medicorum consilio persuasus, spectati decoris puellae Sunamiti Abisag, castè in eius amplexibus dormiuit, ut ex eius calore, stomachi robur foueretur, Ex sacris Biblijs.
- 35 Hyena hominem canemue dormientem viderit, suum iuxta illorū corpus extendit. Quod si soporati corpus superarit, delirū efficit, & ne sibi obstitat manus prodit. Sin longitudine superabitur, celerè arripit fugā, Autor in sua Panacea Nestor.
- 36 Ad scribendum aureis literis. Sume croci & auripigmenti partes aequales, dilue cum felle caprino, & tamdiu sub simo equino sepeli, donec fiat veluti spissamentum. Cum quo
pingo

pinge vel scribe. Idem fiet si acceperis drachmas duas aloes, & croci tantundem, eaq; in pollinem redacta, albumine oui exceperis, & diu multumque agitaues. Ex quodam grammatographo.

Expugnanda ebrietati & discutiende crapule accommodatissima est brassica ea que plus ceteris rube-
 scit. si ex illius canaliculis succus dentibus expressus deglutiat: aut eadem cocta inter prime mense edulia manducetur. Qua vi etiam pollere aiunt portulacam. Leninus Lemm.

contra
 Crapulam

Pulli columborum occulta proprietate renum dolori conferunt, & corruptum sanguinem emendant: sed dum interficiuntur, capite truncari debent. Eorundem carnes facultatem habent sanandi tinea, que cucurbita frequenter comesta generare solet. Rasis.

Qui quartana corripuntur, a magno

gno

gno epilepsia morbo non infestantur.
Si autem hoc primò corripuntur, &
quartana superuenerit, tum cessat.
Hippoc. Addo ex Galeno, quòd me-
lancholici magna ex parte comitiali
morbo afficiuntur: & contrà, epilep-
tici sunt melancholici.

40 Hydrargyrum, seu vinum argen-
tum, vi usque adeò est penetrabilis, ut
incisa vena eorum qui semel atque
iterum ex morbo Venereo inuncti
fuerant, aliquot drachmas eius ema-
nasse conspectum sit. Illius autem agi-
litas & penetrabilis natura edoma-
tur, extinguiturq; salina hominis sa-
ni, & nihilolidum spirantis: cui mo-
mentum cineris, aut pusillum ritu-
ra ossis sepie admixtum sit, Lem-
nius.

41 Olenum de scorpionibus præterquã
quod virus ex eorundem ictu retra-
hit, calculos etiam educit glandis il-
litum, vel in vermiculo inditum po-
nitur.

ro, quâ urina defluit, si quidem calcu-
lus restitit in cole. Si superius inhae-
rit, pubi ac perineo remedium ad-
monendum est. Jacobus Hollerius.

Admirabilissimum est illud de 42
adipe urfi, inquit Theophrastus: Nâ
dum in latebris delitescit urfus, &
ob id pinguior enadit, intra vasa
in quibus asseruatur, eodem tempore
excrescit. Locū hūc Theophr. Plin,
ad carnes urforū se illatebrantiū
refert, citato eodem Theophrasto.
Quam rectè, unica nos reddet facti
experientia certos.

Ebur, ut etiam ossa quænis, viri- 43
di colore tinges, ad hunc modū. Sume
aquā fortē, quâ tantū aris quantū
fieri poterit erodatur. In ea, ossa, quibus
formis visum erit, elaborata, perno-
ctare sine: & ita veros smaragdos
colore imitabuntur.

Cum volueris cogere in unum lo- 44
cum multitudinem coruorum, fac
imagi-

imaginem dimidij corui in stanno, prima facie virginis ascendente, dicendo: Non remaneat coruus in hac rota regione, qui non veniat ad hanc imaginem, quocumque in loco sepulta fuerit. Deinde sepelias eam ubi volueris, modo sit in loco & aëre libero. Sed non est obliuiscendum vel praetermittendum quòd dum formantur ista imagines, & (ut volunt quidam) sepeliuntur, Luna debet esse in ascendente, adiuta bonis foelicium planetarum aspectibus, & procul à maleficorum contubernio: qui cadentes erunt, & dominus ascendentis fortunatae stelle coniunctus: Ex vetustissimo Ptolomaei exemplari.

45 *Oleum vino, vel alterius generis liquori superinfusum, praepedit ne va-
 pescat, aut corrumpatur. Nam omnes halitus qui putredinem inferre possent, unà cum extremo aëre, veluti quodam sectorio, excludit. Putrescunt*

rescunt nihilominus stirpes omnes
oleo illis affuso, ut tradit Plinius.

Quemadmodum magnes suam 46
virtutem per acus ordine coheren-
tes, in quartam & ultra diffundit:
sic natura virtutem anima informa-
tinam de semine in semen diffundit.
Hinc fit, ut avorum nota in nepoti-
bus crebro illucescant, etiam post plu-
res affinitatis gradus. Lægius ex A-
risto. Plin. & Lucretio.

Testudo de pasto serpente agro 47
tans, eius venenum origani esu ex-
cludit: & contra illum dimicatura
hoc se munimento loricat, perinde
atque mustela ruta pastu, quando in
eum cominus & eminus congressura
est. Aristot. Dioscor. Plin. Galenus,
& prisci ferè omnes.

Diligent te omnes si cor hirundi- 48
nis tecum habueris. Et mulier cum
perditè amabit, a quo columbini cor-
dis pulverem in potu vel escam acce-
perit.

MEMORABILIVM

perit. Prætereà, si quis de leporis fel-
le sub capite posuerit, perpetuo dor-
miet. Excitabitur autem si acetum
illi potandum dederis. Ex Aiberii
fabulosis narrationibus.

49 Nux myristica, seu moschata, si à
viro gestetur, non solum vigorem su-
um conseruat, sed etiam turgescit,
magisque efficitur succulenta & spe-
ciosa: præsertim si inuenilis adultaq;
atatis homines circumferant. Lem-
nius.

50 Animalium calcanei combusti
summè pollent aduersus colicos cru-
ciatus, ut scribit Rasis. Et folia alni
nudis pedum plantis supposita, via-
toribus itinere defatigatis magnum
leuamen præstant. Illa eadem rore
matutino madentia, cubiculis vili-
ter insparguntur ad necandos puli-
ces.

contra lassi-
tudinem
et putredinem

51 Lienem coercet ac spleneticis me-
detur absinthij Rom. decoctum po-
tari

ri ieiuno datum: & post cibum aqua
 ea in quam à fabro ferrario candens
 ferrum saepius extinctum fuerit, Au-
 tor Cornelius Celsus medicorum al-
 ter Cicero. Hinc fit ut animalia a-
 pud huiusmodi fabros educata, exi-
 guos lienes habeant. Addere mihi
 licebit, quòd Anton. Beneuenius
 medicus insignis, gloriatur se illa ea-
 dem aqua & esu capparum, Floren-
 tinum ciuem septennali splenis schir-
 ro laborantem penitus curasse.

In morbis cerebri & qui supra 52
 diaphragma constituti sunt, si geni-
 talia propendent ac flaccescunt, sa-
 lutare est: si vero contracta sint, omi-
 nosum. In omnibus autem affectibus
 qui infernas partes occupant, testes
 corrugatos esse, pudendumque subri-
 gidum, optimum est signum: reua-
 lescere enim indicant, Autor Lem-
 nius.

Hebent formam acquirunt om- 53
 nes

MEMORABILIVM

nis generis ligna, praesertim dura, ut
 buxus, sorbus, pyrus, morus, & alia
 huiusmodi, sitale seruetur artificiū.
 Mergantur in aqua aluminosa per
 tres dies, & Soli, vel ad ignem ita
 exponantur, ut solam incalificent.
 Deinde coquantur in oleo commu-
 ni, in quo tantum vitrioli Rom. &
 sulphuris, quanta est nux. auellana,
 dissolutum sit. Quò diutius coxe-
 ris, eò nigriora euadent: modo pro-
 uerbij memineris, Ne quid nimis.
 Videbis pulchram materiam & ele-
 gantem. Ex Italo multorum experi-
 mentorum professore.

54 Axungia genibus alligata re-
 dit in os sapor, Plinio auctore, ut etiā
 expui videatur. Ex quo fortasse non
 vnius hydrargyri qualitate, sed ro-
 tius mixturae ex eo & axungia, illis
 in lue Venerea os grauius exhalat,
 & salina madet. Hollerius.

55 Auicenna refert quendam pere-
 grè

grè profecturum, libram vnā olei violacei cum adipe mixti bibisse, & in diem absque vlla fame decē dierum sustinuisse. Quod & oleum amygdalarum ac adipem vaccinū, ex viscedine prestare, idē tradit Auicē.

Succus foliorum verbasci contu- 56
sioni, aut plaga appositus, & trita folia superposita, ac fascijs deligata, si per diem integrum ibi relinquuntur, quidquid illud erit egregie sanabunt, etiam si vulnus accesserit. Quod tamen vino prius eluendum est, deinde succus & folia apponenda: miraberis effectum, vt ab experto accepi.

Lingua serpentis virginea cera in- 57
clusa, & in aurem sinistram cuiuscūque equi demissa, illum veluti mortuum humi procumbere cogit: ablata, non solum eum expergeficit, sed etiam multo alacriorē reddit, vt mihi retulit Anglus quidam.

Stillatitius humor igni admotus ita 58

1710d4

vs

MEMORABILIVM

ut ferueat, omni sua vi & facultate destituitur. Nam cum purus sit & defecatus, nihil habet quod illi addi, addine possit, eoq; fit, ut sic citius pure scat & mucore obducatur, q̄ purealis aqua decocta, Lemnius.

59 Puluis pyrius, seu bombardicus & incendiarius, tam exigua, aut ferè nulla vi caustica participat, ut eo non scabiem modo, sed ulcera sordida & cacoethica abstergere & consolidare viderim, inquit Ioannes Langius medicus praestantiss. Comitum Palatin. Rheni. Quod animaduertant vulnerariae medicinae professores, qui bella sequuntur, ac tanrope deſudant in extinguendo ardore huius pulueris, vulneribus, ut sibi persuadent, impresso: relicta interim combustione, à qua maius impedit periculum.

60 Mirabiles sunt animalculorum quorundam sympathiae & metamorphoses.

phofes. Eruca etenim a fcitis alis degenerat in papilionem. Eruca in ficonate, in cantharides abeunt. & hydruſ in lucubus degens, exhaustis aquis ſtagnantibus, in ſerpentem tranſit.

Vt plaga quapiam non doleat, nec Ga putrefcat quinquies hoc dimetrum quotidie pronunciet patiens, appoſita manu ad plagam,

Vulneribus quinis, me ſubtrahe,

Chriſte ruinis:

Vulnera quinque Dei ſint medicina mei.

Ex pracantationibus medicis Gordonij, & Guainerij. Addam ex Alberto, quod oculus hirundinis poſitus in lecto, non permittit iacentem dormire, donec auferatur.

Et bubonis cor ſiniſtra mammilla mulieris admotum, cogit eam aperire ſecreta,

Memoria proditum eſt Alexan 26

D dri

MEMORABILIVM

dri Macedon. regis vestes gratissimo odore fuisse perfusus : non quidem a scititio externæ suffitus, sed à genuino nativi coloris effluvio.

63 In epilepsia pollex pedis vellicatus, laborantem à paroxysmo excitat. Et succus urticae arterijs illitus febrinum ardores compefcit. Præterea, si quis succo foliorum cucurbitæ pilos equorum & aliorum animalium estate media intinxerit & madefecerit, non paruo rei miraculo muscarum tædys, ac molestia carebunt. Cardanus.

64 Pulvis cantharidum ex adustione, addito cerasorum gummi, ut magis salutaris, ita minus noxius erit, si in diureticis electarijs, cum apozemate morbo conuenienti dissolutus, exhibeatur. Langius.

65 Coluber fluuiatilis funiculo à cauda præligatus & suspensus, subiecto vase aqua pleno in quod dehiscat, aliquot

liquor post horis vel diebus, ore lapidem eructat, qui exceptus vase quod subiacet, totam aquam ebibit. Alligatur lapis hic hydropicorum ventri, atque in totum exhausta aqua liberat. Hollerius.

Obese mulieres, quae magna ex parte steriles sunt, moderato salis usu in condimentis fecunda evaserunt. Sic agri qui steriles erant, & plus aequo palustres ac vliginosi, salis conspersu feraces facti sunt. Ex quo fecunditatis & expugnanda sterilitatis vim quandam salis inesse, mirum videri non debet. Lemnius.

Umbra inglandium Theophrasto, Dioscoro, Plinio, Plutarcho auctoribus, grauis est & capiti humano noxia, necnon omnibus sub ea satis. Quod etiam Galenus testatur, & buxo similiter adscribit, propter ἀνάδημίαν & ἀποπόιαν viriusq;. Idem sentiendum de taxi umbra, quod vel no-

D 2 men

MEMORABILIVM

men ipsum indicat. Nam usque adeo virulenta est, ut discumbentibus vel dormientibus sub ea, noxam & saepe mortem adferat: maxime quo tempore ad novos flores turget, Plutarcho teste.

- 68 Sagittae spiculum, vel ferrum quodvis ex vulnere detrahes, si specillum vulnerarium succo valeriana herbe imbutum ipsi vulnere indideris & cotusam herbam superligaueris. Sic enim non solum renelletur ferrum, sed etiam una vulnus sanabitur: nisi insigniter mentiatur Italus, qui huiusce rei periculum se fecisse mihi affirmavit.
- 69 Cicera aliquot expone lumini crescentis Lune, & eadem, Sole nondum exorto, oliuo inunge, horisque duabus vel tribus, donec remolliantur, in aqua emacera. Tum demum coque, & cui voles edenda exhibe: excludes ab eo tristes cogitationes, ac melancholia

cholia genus omne arumnosum. Arnaldus à Villanona.

Fœcundatur vitis sterilis lotio a-70
cri ac vetusto perfusa, aut fece vini
radicibus consépulta. Sed summè ca-
uendum est, ne, quod pleriq; faciūt,
circa easdem radices facta scrobe, fu-
liginem ex fumaris deasam, aut
calcem adobruas: quod vrenti vir-
tute perniciem vineæ adferāt, eam-
que ante tempus arefcere cogant.

Testantur Hippocr. & Galenus, 71
veteres medicos adeò sudasse in mor-
borum cognitione, ut sudores strigili
exceptos in balneis, & aurium sor-
des degustarint: non minùs quàm ve-
terinary medici equorum stercora.
Quos ob id Aristophanes σκατοπό-
γος appellat: sed non humanorum
corporum medicos, ut multi falsò si-
bi persuadent.

Pastinaca radio nihil execrabi-72
lius. Nam si in viridem & vegetam

D 3 ar-

arborem illum defigis, statim eam
necat, dent éque scarificatu excutit.
Sic marinus lepus spectantes omnes
nauseabundos reddit, vt facile vo-
mituriant. Adfert & noxam pra-
gnantibus abortiendo. Plinius.

73 Si vis fieri inuisibilis, compone cri-
nale de capillis vniuis suspensi in pati-
bulo publico, & tinge in sanguine v-
pupae, ac tecum defer super caput.
Quod si caput eiusdem vpupae in cru-
mena habueris, non decipieris ab a-
liquo mercatore: sed plurimum lu-
craberis. Hoc si verum, nullo auro
equiparandum.

74 Aërem pestilentem absque vlla
noxa emendant teterrimi odoris
pleraque. Cuiusmodi sunt castoreum,
galbanum, sagapenum, sulphur, co-
riorum cornuumque suffitus, & pul-
uis bombardicus. Qui, cum presen-
tis. discutienda pestis remedium, su-
perioribus annis adhibitum fuit in-
quit

quit Lemnius) quum apud Tornacenses pestis tota vrbe grassaretur. Nam milites praesidiarii, qui in arce excubias agebant, tormenta bellica puluere bombardico, sed absque globis, repleta, vrbi obuertebant, eaque sub diei & noctis crepusculum, explodi curabant. Hinc factum fuit ut sonitu violento, fumiq; odore teterrimo, contagium eris discuteretur, & aliò depelleretur.

Hydrargyrum in oxymelite scillitico diu agitatum, optimè incineratur. Exinde aceto lotum purificatur, & sic ad multa utile esse traditur. His addo, quòd sal vstus & sacculo impositus, ventriculi subuersiones, nauſeas ac vomitus sedat, dum calens admouetur.

Mulier quæ allij nucleum decor-
ticatum & purgatum utero miserit
(sed filo adalligatū femori, ut retrahi possit) si p̄ os postridiè illud ol-
D 4 fecerit

fecerit & respuerit, ad generandum est idonea, Autor Hippocr.

77 Si caseus puris & vermiculosus subigatur ex iure quo suilla perna diutius coxerit, detrabet arthriticis absque ferro rophorum particulas, emplastri modo illis appositus, ut tradit Galen. Quod etiam prestat, quasi miraculo, coccus gnidius, cum myrrha & aceto tritus.

78 Lactuca frigiditas in acetariis debet retundi calorisficis, maxime ab iis qui matrimonij compedibus vinculi sunt: ne semen genitale plus satis diluatur, & proinde ad generandum inefficax habeatur. Sed eadem affluentius concedenda est iis qui celibatus addicti sunt, & claustra sequuntur, ut vri ac prurire desinant.

79 Noni qui antelucano medij veris tempore, mense nimirum Maio: stratis super gramina linteaminibus, rorem exciperent, expressum decoque-

coquerent, despumarent, & tū de-
 mum panniculos in eius decocto ma-
 defactos, successu admodum felici,
 vlceribus phagedenicis applicarent,
 & sic absterfa, siccat àque roris acri-
 monia ad unguem consolidarent, v-
 nà incocto aluminis & olibani mo-
 mento.

Siquis ictus, vel demorsus ab ani- 80
 mali iobolo & venenoso instillet ilico
 tres vel quatuor guttas lactis ficulnei
 supra vulnus, mirum inueniet pres-
 idium. Poterit etiam imponere gra-
 na sinapi cum aceto detrita.

Azurum, ut vocant, commune 81
 sic facies, Accipe salis ammoniaci
 vncias tres: arginis seu viridis eris,
 vncias sex: puluerentur & miscean-
 tur cum aqua tartari, ut fiat spissa-
 mentum. Deinde mittantur omnia
 in phialam vitream, ita clausam ut
 nihil exspiret, & calido fumo per dies
 octo sepeliantur. Vbi extraxeris repe-

D 5 ries

MEMORABILIVM.

- ries eruginem conuersam in optimū
azurū, & cœruleum, cen cyaneum.
- 82 Folia hormini satini, quæ nostræ
est orualla, irita, aculeos ac spinas è
corporibus detrahunt, morant èsque
partus & difficiles accelerant. Tumo
iniecta, mentem exhilarant, excus-
sis animi nebulis, ac Venerem stimu-
lant. Sed liberalius sumpta, caput
tentant, odoris vi & grauitate.
- 83 In igne posse vivere impunè plera-
que animalia, autor est Aristot. sed
non ex eo nasci, aut gigni, vt fabulan-
tur multi. Talem esse aiunt pirastā
pennatum quadrupes in ararijs for-
nacibus Cypri, & salamandram, quæ
virulento suo frigore ignem tempe-
rat & obtundit. Vnde Andreas
autor Græcus tradit, manus aut ve-
stes salamandra sanguine inuictas,
igne non aduri.
- 84 Virides seruantur ficus, pruna
& fructus similes, s; cucurbita recens
media

media scindatur, & factis in eius medulla loculamentis, fructus cum suis petiolis ita sparsim condantur, ut se non attingant. Tum demum unienda sunt partes, & sic agglutinandæ, ne alicubi interhiant, ac aërem admittant. Postremò suspenditur cucurbita loco umbroso, procul ab igne & fumo.

Literas sic facillè obliterabis ac 85 delebis. Accipe carnem leporinam, sicca, tere in pulverem, & vina calci misce, ac literis superpone, vel illine, & infra triduum nullum comparebit illarum vestigium. Ex vetustissimo quodam exemplari.

Corallium in orbiculos elaboratū 86 ac lauore perpolitum, si à viro gestetur rubescit exuberantiùs, quam si hoc gestamine fœmina decoretur. In pallorem enim muliebri consuetudine elanguescit, ac nativo colore destituitur. Idem semine sinapino

D 6 ado-

MEMORABILIVM

adobrutum, rubicundius ac praestantius euadit, Lemnius.

- 87 Nullum ignis extingtorium aceto est efficacius: nam omnium maxime flammam supprimit ob frigoris excessum, auctor Plutarch. His addo quod sal linteolo inuolutus & in aquam feruentem missus, sug gillationibus opitulatur, si illo foucantur. Aiuunt praeterea dentes non erodi, si quis mane salem sub lingua teneat, donec colliquescat, & eo dentes fricet.
- 88 Crebro expertus sum, inquit Lartius, quum sordidis ulceribus in genis ac prope talos puluerem Mercurij precipitati paulo frequentius inspargerem, illius virus, caeteris membris illesis, ad dentes penetrasse: & inde os ac pharyngem diurno, nocturnoque saluae effluxu maduisse.
- 89 Oleum praestantissimum ad morbos articulares hoc paratur modo. Erinaceus conueniente oleo & vino coqui-

coquitur ad rābem vsque. Putrila-
go rariore linteo excepta magno co-
nato extringitur in ollam qua oleum
habet reliquum, & ei admiscetur,
seruatūque ad illius articularum.
Idē ē vulpe, veteri cato & emascu-
lato, adhac testudine, lutra & ranis,
feri potest. Quae animalia si digeren-
te materia infarciantur, & in veru
exassentur, pingui stillabunt, quod
exceptum isdem proderit articulo-
rum vitijs. Hollerius.

Omnia lapathi genera hoc habēt go-
peculiare, vt carnes & edulia cū his
elixata, quantumlibet exucca, du-
ra, vetusta & coriacea fuerint, tene-
rescant & esui apta reddantur. Hinc
nimirum frequens fuit eorum vsus
apud veteres, quod cibos concoctu
faciles praestent, ac aluum emolliant.

Salutares sunt capiti serpilli, po- 91
lygoni, callitrichi & rosarum odores:
adeo vt ferta ex his contexta cepha-
lalgiam

MEMORABILIVM

lalgiam ex crapala & mero curent.
Hinc non temerè ex illis fiebant olim
conuiuiarum corona, ut tradūt Plu-
tarchus & Galenus.

92 Scobis vel rasura dentis apri vn-
cia semis in pollinem redacta, & cū
aqua hordei, vel cicerum rubrorū,
aut decocto pectorali à pleuritico
hausta, vero & comperto remedio
illū ab imminente periculo liberat.

93 Serpentem sistere coges si hac di-
xeris, *Adiurate per eum qui crea-
uit te, ut maneat: quod si nolueris,
maledico maledictione qua Domi-
nus Deus te exterminauit. His ad-
dam quod cornu ceruinum ante ser-
pentes adustum, illos ad fugam non
secūs adigit, quā pulices odor cre-
matæ calcis. Experimento constat.*

94 Frontem rugis caperatam, & flac-
cida vbera perpolit atque extendit
olei linaris sex seu amurca, addito
gummi arabici & tragacantha mo-
mento,

memo, ac mastiches & caphura per-
pusillo. Quod etiam rubicundis ocu-
lis & palpebris arida lippitudine
vitiatis, vel hiantibus, venustatem
conciliat.

Redditur, inquit Aristoteles, post 95
plura genera parentum similitudo,
ut in Helide, qua ubi cum Ethiopie
concubisset, filiam Ethiopi conco-
lorem non est enixa, sed longè post,
natus ex eiusdem filia Ethiops fuit.
Sic Nicens poëta Byzantius, à can-
dido utriusque parentis colore, in a-
nimum Ethiopie degeneravit. Quod
videant obsecro & agnoscant suspi-
caces mariti, qui suas uxores stupri
insimulant, si quando prolem alteru-
ri dissimilem pariāt. Fit enim saepe-
numero, ut nepotes avis, aut proa-
vis, & non parentibus assimilentur.

Quidam lucernam flatu extin- 96
ctam statim muro vel lapidi admo-
tā accendebat cen rem mirandam.

Sed

MEMORABILIVM

Sed tunc illud mirum videri desit, inquit Galenus, cum murum sulphure contactum & inunctum astantes deprehenderunt.

97 *Si cui sapiens occurrat hyena, cauendum ne à dextra excipiatur. Nā ita stuporem inducit maximum: cui obistendi nulla amplius datur facultas. Si verò à leua aggre diatur, tum stupore oppressa facile necatur. Eius umbra canes elingues reddit, & obmutescere cogit. Quare dum illos persequitur, sideris aduerso lumine pergit: oraque infestantium canum verberat umbra.*

98 *Ne literæ possint comburi, Accipe acetum acerrimum & ouorum albumina. In quibus dilue & coagula hydrargyrum, eaque miscellanea papyrus ter inunge, ac toties resicca. Postea scribe ibi quidquid visum erit, & in ignem projice, videbis absq; vlla*

illa combustione resilire. Ex antiquo libro.

Cum volueris cervos alicuius nemoris congregare in unum locum, Fac è cupro, ascendente prima facie Leonis, imaginem cervi, quasi coeuntis cum cervina. Et dum illam facis & formas, dic, Ligo & constringo omnes cervos qui sunt in isto nemore N. per hanc imaginem, ut ubi sepulta fuerit, ad eam omnes conveniant & non recedant. Deinde sepelias in media nemoris & miraberis effectum. Ex manu scripto Protlemai Commentariolo de Imaginibus.

Aduersus grandinem, tempestates & fulmina, facto crucis signaculo, lapilli tres grandinis primum delapsi proiciuntur in ignem sub invocatione sanctiss. Trinitat. & mox oratio Dominica cum Angelica salutatione, bis aut ter recitatur, adiungi-

MEMORABILIVM

iungiturque euangelium B. Ioannis,
 In principio erat verbum, &c. Post
 ista signum crucis in grandinam &
 tonantem nubem, ante & retro, om-
 niq; ex parte signatur, ac terra im-
 primitur ad quatuor mundi angu-
 los. Postremo, vbi ter repetierit ex-
 orcista, Verbum caro factum est, ac
 toties addiderit, Per angelica di-
 cta fugiat tempestas ista, ilico cessa-
 bit, si a maleficio quopiam excitata
 fuerit. Hec verissima sunt experimē-
 ta, nec suspecta iudicanda quorun-
 rundam theologorum auctoritate, vt
 scribit Ioannes Kuerns, libro
 4. de Prestigijs Demo-
 num, & incantati-
 onibus ac ve-
 neficijs.

ANTO.

ANTONII MIZALDI MONLVCI-
ANI MEMORA-
BILIVM.

Centuria. III.



AD MIRABILE a- 1
què ac memorabile
statuendum est, quòd
Galgulus auis acer-
rima oculorum acie
ab eo conspecta qui
regio morbo laborat, croceos bilis va-
pores ad se confestim rapit, ac illum
perfectè sanat, eximio quodam na-
tura beneficio. Verùm enimverò,
vbi occulta sympathia agrotantem
adesse presentiscit, oculis conuiet, ca-
putq; sub alis recõdit. Nõ q; medelã
ei inuideat, sed quòd bilis acrimo-
niam ex morbi transitu magnoperè
verea-

vereatur. Ob id sub velamine olim
videbatur, ne licitator remediꝝ par-
riceps fieret, antè quàm emeret, ac
gratis curaretur. Autores sunt He-
liodorus, Plutarchus, Elianus, Sui-
das, Plinius, & alij. Addit Kyranni-
des, & post eum Albertus, quòd si
infirmum recusset vicissim intueri,
mortis signum esse: si verò aciem ocu-
lorum rectà in illum dirigat, morbū
in sese transferre: quem aduersus So-
lem volitans paulo post euomit, &
ita se ac agrum liberat, mira quadā
nature beneficentia. Caterum hic
mibi monendus est Lector, autores
sanèquam discordes esse in designa-
tione huiusce volucris. Plinius ete-
rum auem esse contendit. Alij pu-
tant chloreum, seu chloreonem esse,
qui Gallis, Budæo teste, Lorion, &
Loriot dici solet. Bona pars medico-
rum, charadriū esse defendit. Qui-
dam oriolū esse promittunt. Alij
galbu-

galbulum vel galbulam, aut chloridem, quod Gesnero non placet. Ego hæc doctioribus tantisper excutienda relinquam, donec eis dederit certum experientia finem.

Orpheus & Archelaus tradunt, 2
Plinio autore, morbo comitiali lapsos confestim liberari à convulsione, si in paroxysmo eorum labia humano sanguine irrigata fuerint, aut pollices pedum fortiter pūcti & vellicati.

Bufo lapis (crapaudina dicitur) suo contactu & blando attritu, inflationes à venenatis bestijs illatas discutit, ac virus omne elicit. Unde si for ex, aranea, vespa, sc̄ arabei, glires, aut animal aliud venenatum parti alicui damnū intulerit, admoto lapide eo, dolor mitescit, ac tumor omnis subsidit. Lemnius.

Genista succus oleo raphanino, vel 4
sinapino exceptus, tutissimum est remedium

MEMORABILIVM

medium aduersus pediculos. Et mel
vstum, per se satis esse potest ad re-
siccanda & detergenda vlcera, etiã
si pudendorum fuerint. Addo quod
si mulier succo cichorij mammillas
sape illeuerit & vnixerit, parua ac du-
ra fient. Quae si pendula erant, vir-
ginum in modum contracta sta-
bunt. Ex cuiusdam experimentis
acceptum.

5 Si emollitum galbanum serico in-
cluseris, & osculo muliebris uteri per
noctem immiseris, caputq; eiusdem
nullis sordibus oneratum, linteolo ac
reticulo, sed absque vllis odoribus,
operueris, vertex eius mane solutis
operimentis, galbanum redolens, il-
lam fecundam esse, certò promittit;
Hippocr.

6 In lapide hematite sculptus ho-
mo genibus flexis, qui serpente cin-
ctus dextra manu caput illius, laeva
verò caudam teneat, si annulo aureo
appli-

applicetur, & serpentaria herba fo-
lium ei subiiciatur, gestantiē ab omni
veneno & peste tutū reddit. Holle-
rius ex prischorum Commentarijs.

Salua hominis famē & ieiunii, cō- 7
fricatiōe & illitu, lichenas, metagrā,
impetiginem, varos, serpiginem, &
omnis generis pustulas tollit. Ad-
huc tumores dolorificos & inflam-
mationes à virulentis bestiis, cu-
iusmodi sunt crabrones, arane, escā-
rabei, bufones & similes efficaciter
discutit. His mihi licebit addere,
quòd sribunda salis siccitas, velex
eo conicitur, quoniam plerique nau-
tarum, a quoris falsi aquam bibe-
res, inexplebili siti interierunt, Lem-
nius.

Casus recens siccis draconij fo- 8
lijs inuolutus, à putredine immunis
euadit, Gale & Plin. testibus. Addo
quòd moderata salis conditura, eius-
dem incommoda corrigit. Quem nō
opor-

oportet existimare edulium esse simpliciter malum, ut scripsit Hippocr. Nam omnes non ledit homines, imò gracilibus mirabiliter conferre traditur. Ex quo Ioan. Langius medicus præstantiss. vsus eius liberum faciebat Philippo Melancthoni, addito salis momento.

9 Si habere uoles ebora uel ossa rubro, cœruleo uel colore, aut alio intincta, purga ea imprimis, deinde coque in aqua aluminis. Tum demum mitte in urinam, uel calcis aquam, in qua dissolutum sit verzinum, uel rubrica, aut cœruleus color, aliusue qui tibi arridebit. & unâ iterum coque. perfrigerat aque extrahere: & perbellè tincta uidebis. Alexis Pedemontanus.

10 Sunt qui certam & constantem fidem mihi fecerint, in vigilia B. Ioan. Bap. ad radices artemisia carbonem reperiri, qui deferentes à peste,

cat-

carbunculo, fulgure, quartana & incendio immunes reddat. Sed illū inuenire solis paruulis & virginibus concessum esse auunt. Audio etiam sub plantagine similem reperiri eodem die. Sed hæc ociosis & curiosis querenda relinquo.

Fraces seminis lini expresso oleo 11 relictæ, vt etiam nucum, saginando pecori valdè sunt accommodæ. Et si frustum ex ijs aqua cœlesti maceraueris, atque ex illa manus ablueris, porriginosæ cutis vitia non solum emendari, sed & membra summè polita effici percipies. Expertum.

Ferrum candens lacte restinctum 12 diarrhæam sistit, vino vel ceruisia, eandem concitat. Adde quòd qui pedes odore graues habent, si squammam ferri calceis imponant fœtorem illum ingratum exuent. Autor Georg. Fabricius.

Sic lilia vegeta seruabis, ac talia 13

E inue-

*inuenies qualia conduntur: Dñ ad-
huc clausa silent decerpe, & picatis
lagunculis reconde, ac diligēter clau-
de, ne quid aëris subire possit. Vbi v-
sus exegerit, soluto operculo reclude,
& Soli, vel tepida aqua vapori, ut
aperiantur, expone.*

14 *Sanguinem è naribus implacabi-
liter stillantem continebis, si ipsomet
sanguine in medio fronte eius qui ha-
morrhagia patitur, hac verba scri-
pseris, Consummatum est. Res mul-
tis probata. Licebit hic addere et si
 $\pi\delta\epsilon\epsilon\gamma\omega\upsilon$ quod borrago vino iniecta,
hilaritatem conciliat. Vnde à Gram-
maticis borrago, quasi corago nun-
cupari putatur. Dicit borrago, gau-
dia semper ago. Sed hac leuia sunt.*

15 *Nux myristica seu muscata, si à
muliere excrementosa & menstrui
profluuiò inquinata portetur, exuc-
ca, leuis, cariòsa, color è que squallido,*

ac nigricante reddiur. Autor Leninus Lemnius. Ad dam ex eodem quod si pueri & adolescentes lacti atque exercitationi affuecant ab incunabulis, corpore efficiuntur pductiore, & statura deceti ac speciosa.

Puluis dentis apri exceptus oleo 16
linimo, cynanchen presentissime curat, si locus affectus tangatur cū extremitate penna tali mistura imbuta. Licebit his adnectere quod externa vrtice superficies prurit & vrit, internus verò eius succus arterys illitus, febrilem cordis aestum emendat, & demulcet. Auic. & Ar. Vill.

Oculorum angulis unguento ex 17
croco illitis, si illud salina redoleat, hinc fecunditatem experiri autor est Plinius. Sunt enim oculi spermaticis à cerebro poris affines, adeò ut in Venereo congressu genituram emissuri, plerunque conuere, vel nictare cogantur. Et qui immo-

E 2 dico

MEMORABILIVM

dico eius vsu abutuntur, oculos hebetes, vel deprauatos habent.

- 18 Hominum dentibus quoddam inesse virus scribit Plin. Nam speculnitorem ex aduerso nudati hebetat, & columbarum foetus implumes enecant. Adde ex Columella, & si $\delta\tau\tau\pi\omicron\nu$, quod fracta pecudum crura, non aliter quam hominum sanantur, inuoluta lanis oleo atque vino insuccatis, atq; mox circumdata ferulis & deligata.
- 19 Expertus sum, inquit Lemnius, duas plumbi libras, in argenti viui sesquilibra innatasse: auri vero denarium, vel etiam scrupulum celeriter pessum iuisse. Scribit ille idem aureum numisma, limonis succo aliquot horis insertum, illinc eximi pondere imminuto, & acciso.
- 20 Orbiculi è visco querno, vulgari filo transfixi, idem prestant in amolenda & praecaneda epilepsia, quod

pao-

peonia mascula radix, aut smaragdus e collo pendens. Sic corallus fertur esse amuleum pueris contra ter-
 riculamenta & alia fascinantia.
 Quod etiam multi ascribunt corni-
 bus scarabei Lucanici, quem Galli-
 cum vulgus ceruum volatilem ap-
 pellat: putantq; multi eadem cornua
 gestata febris certo esse remedio,
 Holler.

Adeo est salutaris humanus san-
 guis, ut elephantia si cospurcati solia
 in balneis ex illo temperauerint, &
 Orpheus atq; Archelaus illius eius
 anginam curari tradiderint. Pari-
 ter quoque si in paroxysmo comitiali
 morbo lapsorum, labia eo irrigata
 fuerint (ut antea monuimus) conse-
 stem liberari a conuulsione affirmat,
 Plinius.

Si dulce pomum & generosum, 22
 exclusis interranis, mediocri oliba-
 no & selecto infarciatur, addit oque
 E 3 opercu-
 pleures?

operculo suo, stupis vel papyro obuolutum, sub calidis cineribus lentè percoquatur, & pleurítico, etiam deplorato, exhibeatur, statim ubi comederit aperto lateris abscessu liberabitur, ut multis experimentis probatum fuisse accepi.

23 Demifricium factum ex pauco melle, & carbone eius vitis qua nunquam unas protulit, dentes usque adeò deterget, ac candidos reddit, ut planè eburnei iudicentur. Sic albae gallinae sanguis in faciem lentiginosam effusus, ibiq; resiccatus, & deterfus, omnes eius maculas obliterat.

Ex quodam Italo.

24 Scutum, seu operculum testudinis foemina super ollam positum, facit ut illa nunquam ebulliat. Et cantbarides tela aranearum inuoluta & quartanario suspensa, eum perfectè liberare traduntur. Adde quòd decoctum bismaluae cum melle & buty-

ro recenti haustum, mirificè compe-
sit colicos ac nephreticos crucia-
tus.

Laurus & hædera vitibus nocent 25
(ut antea diximus) non secus quàm
brassica. Et pseudonardus, qui no-
stra est mandula, propinquis her-
bis suo calore noxam adfert, perinde
ac raphanus, qui ob acrimoniam vi-
cina quaque perurit. Sic origanum,
ruta, & cyclaminus, facultate exsic-
cãte, brassicam & prahumidas her-
bas ex vicinia emarcescere cogunt.

Coturnices per aquilonium & se- 26
renum cælum facile sociantur, ac
prosperè degunt, per austrinum ve-
rò moleste, propterea quòd parum
volant, Aristot. Humidus enim est
auster ac gravis: quo spirante minùs
esuriunt animantes, sed corpora ma-
gis dissoluntur & ag granantur, ut
scripsit noster Hippocrates.

Virides rosas toto anno habebis, si 27

E 4 de-

MEMORABILIVM

dehiscente flore cadantur, & caesura
in picem liquidam mergatur, ac fissu
se arundini immittatur. Quae dili-
genter stipata & obturata, sub dio,
acclivi loco adobruui debet, ne illabēs
pluuia noxam adferat, Anatolius
in Graec. geoponicis.

28 *Litera aurea, argentea, cuprea,*
vel alterius metalli ad hunc scribes
modum. Accipe albumen oui cum
pulvere crystalli subtilissimo, & ad-
dito gummi, vel aqua gummosa. su-
per lapide marmoreo, utrumque di-
ligenter tere ac remisce. Deinde ex eo
liquore & tritura quod scripseris,
vel pinxeris siccari permittite, & quo-
cunque volueris metallo confrica, vi-
debis eius colorem eleganter referre.
Ex Pedemont. Alexi.

29 *Cataplasma ex puluere combusti-*
rum hirundinum, & nidi earundem,
efficaciter prodest discutiendis tu-
moribus gutturis, & curande анги-
не.

na. Adde quòd genera omnia lapidum qui in capitibus piscium reperiuntur, trita & cum vino exhibita, colicum dolorem compefcunt, & calculū qui in renibus defixus iacet, atterunt & comminuant, Galen. & Auicenna.

Si tauri omninò rufi aridum genitalale in puluerem conuertatur, & ex eo pondus aurei vnius mulieri in vino vel iuscūlo quopiā ppinetur, fastidium coitus illi adferet, sicuti scripsit Rasis. Idem puluis idoneis medicamentis commixtus, languidam ac sopitam Venerem in viris excitat, Marcello Empirico autore.

Alius Lampridius refert Helio- 31
gabalum in euripis vino plenis nautales ludos Circenses exhibuisse: nec unquam nisi unguēto nobili, aut croco piscinis infeltis natasse. Adde quòd Democritus consultus, quara-
tione quis sanus perseveraret? re-

E 5 spon-

sspondit, si interna melle, externa ve-
rò oleo rigauerit, Plin. & Athenæus.

32 *Pisces, omniaq; acida lacti admi-
xta, & vino perfusa scabiem ac le-
pram conciliant: nam facile compu-
rescunt. His addatur quòd triduo
à partu lac infantibus degustasse ma-
ternum perniciosum est. Quòd vi-
deant qui colostris enixæ bouis utun-
tur, quibus nihil perniciosius.*

33 *Septimo mense genitis sapenume-
rò aurium & narium foramina de-
fuere. Et simia, quadrupedæsq; vi-
num bibere assuetæ, vnguib; carèt,
Plin. Adde quòd si canes felis pel-
lem inuenerint, voluant se ac reuol-
uunt super illam, idè omnino faciètes
vbi sepulta fuerit: delectantur enim
odore mortua, quam viuam odèrūt.
Cardanus.*

34 *Homerus salem diuinum appel-
lat, & Plato amicum Dei: quòd nul-
la sacrificia, Plinio teste, sine mala
salsa*

salsa fierent. Deinde quòd sale con-
 spersa & macerata, diu, ne putre-
 scant, conseruantur. Hinc Plutár-
 chus fulmen quoque diuinum vete-
 res dixisse asserit, quòd corpora eo di-
 uinitus afflata, imputrida multo tē-
 pore durent.

Contra sanguinis reiectionem per 35
 os ob venam aliquam in pulmone ru-
 ptam, vel aliter apertam, accipiun-
 tur scrupuli duo stercoris muris sub-
 tiliter triti, & succi plantaginis vn-
 cia due, vel tres, cum modico saccha-
 ri. Sumuntur manè ante egressum
 lecti, & vesperi ante eiusdem ingres-
 sum continuatis diebus aliquot.

Si Amethystum lapidem velis 36
 fingere, Accipe salis Alkali vocati
 uncias tres, crysalli puluerati vnc.
 quatuor, & limatura aris unciam
 semis. Liquefiant omnia forti igne
 in vasculo aurifabrorum, & ubi per-
 frixerit materia, fracto vasculo

E 6 edu-

educatur. Ad dam, & si parergon, quòd azurum ultramarinum legitimum, ab adulterino & factitio discernetur, si supra ignitum ferrum non adurit, nec in eo lapis ullus reperitur. Ex antiquo libro manu descripto.

37 Oni albumen diu agitatam & viua calci admixtum, vitri fragmenta egregiè ferruminat, & glutinat: adhuc testacea omnia, sic vt dissolui agrè possint. His adiungimus, quòd sal cum fermento, melle, butyro & suo illo adipe, quoscunque tumores, etià grassante peste obortos potenter aperit, ac perumpit. Arnaldus à Villanova.

38 Si quis faciei decorem & venustatem conseruare voluerit, ne canis exanthematum seu variolarum vestigijs deturpetur, vbi crusta spontè deciderint, manè ac vesperi faciem abluat cum decoctione lupinorum, aut
aqua

aqua distillationis florum fabarum.
Vel liquore stillatio tartari vsti il-
lam madefaciat, & spe non frustra-
bitur, Langius.

Florentinus ex Geoponicis vnus, 39
tradit liliam rubrū futurum, si quis
inter radices eius cinnabarim fun-
dat. Sed vidēdum attentē ne bulbos
sauciet. Si alio colorum puluere ra-
dices eiusdem saturaueris, similia ei
nascuntur lilia. Cauendum tamen
à venenatis, vt paulo antè monui-
mus.

Plantago, martia censetur esse 40
herba, ab Hermete, & ob id aduersus
dolores capitis plurimum pollere,
propter Arietē qui est altera Mar-
tis domus, & caput sibi inauthorat.
Prodest etiam contra morbos testi-
culorum ac ulcera eorundem, necnō
gonorrhœam & hamorroides, tam
semine quàm reliquis suis partibus,
propter Scorpionem qui est altera
Mar-

MEMORABILIVM

Martis domus, & in ijs partibus imperat. De alijs herbis planetarum simile ferendum erit iudicium.

41 *Lapilli ex capite limacum & gradiorum cochlearum eruti, stranguriosi urinam molliuntur illius meatus lubricando, si comminuti ex vino exhibeantur. Auxiliantur etiã parturientibus laxando & dilatando muliebres locos.*

42 *Panniculi menstruo semel infecti, prohibentur imponi super vulnera, etiam si accuratissime abluti fuerint: ob nocumentum quod de experientia adferre compertum est, ut tradit Hierõ. Engubius. Liceat mihi addere ex Alberto, quod lapis in capite vulturis repertus, ad quoscunque noxios casus utilis est. Et qui in nido vpupa inuenitur, secretorum proditor esse fertur pectori dormientis superpositus. Albertus.*

43 *Non vulgarem esse unguinis ex oleo*

oleo virtutem, id celebre Romuli
Pollionis responsum testatur. Qui à
D. Augusto Casare rogatus, qua ra-
tione victus illum decrepiti corporis
& animi vigorem centum annis il-
lesum conseruasset, respondisse fer-
tur, Intus mulsò, foris oleo. Plin. &
Athenæus,

Egyptij sacerdotes, Plutarcho 44
teste, a sale omnibusq, salutis religio-
se abstinnerunt. Quod illa tentiginē
mouere, ac libidinem excitare pro-
bè scirent. Quod videant qui salis
piscibus & piperatis quotidie vtun-
tur, & claustra sequuntur, voto vir-
ginitatis, vt loquuntur, ex professo
irretiti.

Equa non abortiet si lupum pres- 45
ferit, aut vestigijs eius institerit, vt in
sacris Egyptiorum literis legitur.
Et equarū libido in bis detonsis ex-
tingui fertur. Addo q, si tauri dex-
tri genu arctissime ligetur, coire nō
pote-

MEMORABILIVM

poterit: etiam si ante oculos vaccam habuerit lasciuo mugitu illum ad copulam inuitantem.

46 Pastores, ut refert Plutarchus, pabula pecorum sale conspergebant, ut eius acrimonia ciborum meatus obstructi referarentur, & pecora pinguescerent. Sal enim torpentem ventriculi appetentiam excitat. Cuius rei gnara columba, terram salsam, aut lotio conspersam, pipionum suorum gula rostro inserto desaliuant.

47 Alumen tritum & cum albumine recentis oui agitatum, serue factū & continuo motum, in unguenti spissamentum transit. Quo, si biduo vel triduo facies manè & vesperi inungatur, non solum emaculabitur & erugabitur, sed summè etiam pulchra & grata reddetur.

48 Olfactum vitiatum, vel deprauatum, efficaciter emendant melanchy semen, abrotanum, ruta, & quaecunque

cunque acris, ac vibrantis sunt odoris. Prodest etiam mentham nari-
bus identidem admonere, & maxi-
mè senibus. Cuius suave olentiam, vel
manifestè percipiunt, quibus omnis
odorandi facultas intercepta est.
Lemnius.

Julius Viator Rom. eques, Pli- 49
nio autore, cùm pupillari atate, hy-
drope laboraret, humidorumq; usu
à medicis illi interdictum foret, assue-
tudine naturam superavit, ac reli-
quum vita tempus, absque potu vi-
xit. Nihilq; in senecta bibit: cùm ta-
men senes tantum potu vivere tra-
dantur, ut cadaverum suctu, aqui-
la.

Radici anchusæ album aliquem 50
flore[m] si insigas purpureum reddes,
& exinde puniceum. Et si flore[m] al-
terius coloris quàm albi, sulphureis
suffimentis exposueris, diversis colo-
ribus tinctus prodibit.

Si

- Nota*
- 51 Si planta heliotropij, qua Solis sponsa vocatur, Sole Virginis signum tenente colligatur, sub initium Septemb. & folijs lauri inuoluatur, addito dente lupi, nullus contra portan-tem loqui poterit, nisi verba pacifica: autor Albertus qui haec & alia innumera transcripsit ex quodam libro Secretorum Ioannis regis Arragonie. Cuius exemplar manu antiquissima descriptum, necdum impressum, penes me habeo, inenarrabilem arcanorum fecundum.
- 52 Lapis carpionis triangulari cōminutus & tritus, naribusque inflatus sanguinis profluvium ex illis sistit & cohibet, facultate astringentia, qua etiam gustu percipitur. His liceat addere, quod celestis aqua, modo non sit turbida, eiusdem ferè est ponderis cum vino, praesertim ea qua mense Maio delabitur, & in annos multos seruari potest. Autor Lem.
- Ad

Ad oculorum vitia, unguem, nebulam, albuginem, & alia, sequens remedium præstantissimum esse mihi narratum est. Caput cati omnino nigri, in noua olla adurit^r & incineratur ex eoq³, ad leuorem & tenuissimum pollinem deducto, nonnihil per tubulum penne munda, in oculum quotidie ter insufflatur. Si quis verò ardor, noctu maximè, oculum infestet, folia quercus aquâ madentia, bina vel terna simul, oculo superponuntur, & identidem inuertuntur. Dicebat secreti huius autor, visum posse restitui hoc remedio post cecitatem vnius duntaxat anni. Experimentis proponimus.

Diocletianus Cesar, postquam Achillem Egyptiorum ducem octo menses in Alexandria obsessum profugasset, omnes chymice artis libros diligenti studio conquisitos deflagrauit: ne reparatis opibus Romanis facile

facile repugnarent, Suidas, Orosius
& Paulus Diac.

55 Salem fecunditati auxiliari, vel
illud argumento esse potest, quod in
mensa vis murium & foricum in ma-
rinis nauibus enasci soleat. Et quod
mulieres salsamentariae & salinae
continenter pruriant, sintq; numero-
se prolis matres. Lemnius.

56 Asini atra bili obnoxij libenter
asprenium edunt, ut lienis vitia emē-
dent: cardueles eufragiam: & viperæ
fœniculum, raparandi visus graua.
Sic caprae quadam naturæ proprie-
tate hominis saluam oderunt: nec
quidquam edunt, quod ab homine
prius degustatum sit, contraria la-
certarum natura, quæ eã auide lam-
bunt, Plinius, Theophrastus & alij.

57 Annibal per inuias alpium ru-
pes Italiam ingressurus saxa igne ac-
censu calefacta, aceti aspergine ita e-
mollit, ut in frustra facile caderen-
tur,

tur, ac facilius diruerentur, Tit. Linius, Plutarchus & alij.

Ad vulnera quamvis præstantissimum est, ac paratu facile, sequens remedium. Sumuntur picis Græcæ, sulphuris & olibani albi, singulorum partes æquales, teruntur, onorum albuminibus excipiuntur, & vulnerum labris ritè adductis, absterguntur sanguine, super linteolo imposita eidem vulnere applicantur, fascia deligantur, & dies aliquot ibidem manere permittuntur. Res mira & probata.

Dentium stuporem, quem Græci αἰμοδία vocant, portulaca mansa dissolvit, Aphrodisæo teste. Quod etiam præstat salis defricatio, vel quidpiam recentis casei ovilli dentibus stupefactis attritum. Adde quòd in ὀδονταλγία, seu dentium dolore, nullum præsentius invenias remedium emplastro facto ex pice, vulgari, aut

pro vulneribus, ut dicitur in remediis

pro dentibus

nota

aut resina liquefacta cum puluere
aluminis & nucis quam gallam nun-
cupant, modo arterie temporali pau-
lo supra dentem excruciantem cali-
dum apponatur, & ibidem pernocta-
re sinatur, vel dies aliquot gestetur.
Sed id maximè locum habet in ex-
carnificatione dentium maxillariū
& superioris ordinis. Experto, ut di-
cunt, crede Roberto.

60 Dionysius Heracleotarum tyran-
nus tali sopore fertur laborasse, à
quo nisi acubus punctus excitari non
poterat. Has vero, ex medicorum cō-
silio, diuersas sibi comparauerat pro
corporis obesitate, Athenæus.

61 Veteres caput, ob mentis domici-
lium, ceu rem sacram valdè obserua-
bant. Vnde per caput iurabant, &
sternutantibus salutem precabātur:
vti etiam hodiè fieri solet. Autores
sunt Aristot. Plin. & Athenæus.
Quod videant, qui consuetudinem
eam

eam salutandi sternutantes, Gregorio Pontifici ascribunt.

Lilia rubescunt, ut Florentinus 62 docuit, si eorum bulbi diligenter aperiantur, & rubro quopiam colore pulverato impleantur, eiusque intinctu saturentur & demum pingui solo ac stercoreato committantur. Sed cauendum, ut antea commonui, ne bulbi quouis modo sauciantur, & colores suspecti sint.

Qui urticam in manu habuerit 63 cum pentaphyllo, securus erit ab omni phantasmate & metu. Si verò utrumque teratur cum succo semper vini, seu aizoi, & ex eo manus inungantur, proyiciatúrque magma in aquam piscosam, misse manus in eam, piscium agmina ad se allicient. Idem fiet si in piscatoriam fiscellam, vel sagemam, aut reticulum, imponantur huiusmodi miscellanea. Ex quo-

quodam libro Secretorum Hermetis nomine.

- 64 Limacius lapis vnus, vel alter lingua subditus, miram vim obtinet in cienda salina. Quapropter aridis & siticulosiss, necnon febricitantibus, in ore volutari debet. Pollet eadem vi crystallus, si subinde frigida maceratus ori immittatur. Adhuc portulaca, semper vinum, aut cucumeris semen decorticatum & ad hunc modum lingua superpositum. Experimento constat.
- 65 Oleum ex semine lini & sesami excerptum, omnium aliorum est lenissimum, & nunquam frigore concrevit: quod alijs non est concessum. Illi nihilominus supernatat vinum ardens, seu aqua vita. Lemnius.
- 66 Certa constat experientia, infantem eum qui continuata serie masculorum septimus in lucem prodijt, strumas seu scrophulas, vel solo attractu
cura-

curare. Quod etiam Christianis-
mis regibus nostris Gallicis, raro
quodam privilegio Dei concessum
est.

In quo signo fuit Luna genitura 67
seu natiuitatis alicuius hora, illud in
conceptu eiusdem oriebatur. Et in
quo signo inuenta fuit in conceptu,
illud, aut eius oppositum, exoritur in
partu, & natali hora, vt scribit Pro-
lem, ex sententia Hermetis. Quae
res ad probandam vxorum fidem
coniugalem, habendaesque serio calcu-
lo natiuitates, non parui est momen-
ti, modo certo constet de die & hora
conceptus. Quam facile adnotare
possunt, qui Veneri parce, & veluti
ex numerato & praescripio indul-
gent. Sed mulierosis hoc opus, ille
labor.

Vrtica in mortario contusa, ad-68
dito momento unguentidica d'yeiq8
quod populeon vocant, arterijs tem-
porum,
F porum,

porum, ac metacarpj applicantur: remedio prestantissimo ad extinguendum ardorem siriasis infantulorum, plus minus biduo, modò singulis quaternis horis innoentur.

Langius.

69 Conseruandis edulij si sal desit, aut falsugo, non incommodè uti aceto licebit: sed non tam diuturna vi. Nisi enim post aliquot menses priori effuso, recens cõditijis rebus infundatur, mucore, limoq, obducitur. Lemnius.

70 Stillatitia aqua asteris attici, vel potius attici, epota, aut vulua indita, mulierum alba profluvia mirificè sistit. Adcò, ut eius quoq, diutina iniectioe, corrupta ab incorruptis vix dignosci possint. Quod efficacius & celerius fiet, si eius decocto infideant, ut mihi retulit, qui se expertum dicebat.

71 Sal Veneris genuinum vigorem non

non solum titillat, sed etiam fecundum reddit. Ob id Aegyptios canes ad coitum inertes, salsamentis ad Venerem alacriores reddebant. Naues quoque maritima, Plutarcho & Plinio autoribus, tam immensa murium prole & fecunditate onerantur, (sicuti antea scripsimus) ut non desint autores, qui feminas absque masculi coitu, solo linctu salis concipere affirmant. Et hinc nimirum, poeta Venerem ἀλιγενῆν, hoc est, è sale & mari natam finxerunt.

Ad purpurandam faciem pallidam, & decolorem venustandam, Sume santali rubri, & aceti acerri mi bis distillati, utriusque quantum voles, misce & igne lento coque, addito aluminis momento, habebis rubricam tingendi faciei perfectissimam. Quam si odoratam voles reddere, inyce musci tantillum, vel odoris alterius qui tibi arridebit.

MEMORABILIVM

Ex artificijs cuiusdam Itali.

73 *Tubymalorum succus lacteus, vi adurente & caustica verrucas abolet. Pari effectu hermodactylus ac sabina in puluerem redacta, & oxymelite scyllitico excepta, vel calendule succo remista, clauos & callos, etiam in pudendis partibus, delent, quum à fædo concubitu oboriti sunt.*

74 *Erasistratus medicus deprehendit expulsu Antiochum Seleuci regis filium, amore Stratonices nouerca adeò tabescere, ut nisi indulgentia patris, voti compos factus fuisset, vitam cum morte mutasset, Auctores sunt Valerius Maximus, & Galenus. Qui etiam eisdem indicijs agnouit, Iustam Boetij viri Romæ Consularis uxorem, Pyladis in theatro saltantis amore flagrare & languere.*

75 *Si flores coloratos habere satagis, illos in cadis, vel fistilibus vasis, selectâ*

lecta terrâ, eaque fecunda, planta,
& manè ac vesperi, aqua, quibus vi-
sum erit coloribus intincta, irriga,
sed noctu à frigore defende. Vbi Sol
lucebit, in apertum profer, & apri-
cari sine. Si discoloris fieri optas, di-
uersis aquis diuersoq; tempore id ag-
gredere, Ioan. Baptista Porta.

Chelidonia planta cum corde tal- 76
pa capiti illius qui graniter agrotat
supposita, si periclitatur, alta voce
statim clamabit, aut cantabit: sin-
minus, plorabit. Adde ex verustif-
simo commentario, quod succus hy-
oscyami cum sanguine iuuenis lepo-
ris mistus, & in leporina pelle confu-
tus, fertur omnes lepores congrega-
re, qui fuerint in eo tractu ubi sepul-
tus iacuerit: non secus quàm matricis
canis, alios canes. Sunt qui mihi affir-
mârunt id verum esse.

Pleræque mulieres gramide ex le- 77
poris insperato occursum, obtutine,

F 3 aut

aut desiderio pulpamenti eius, infantes pariunt labello supremo bifido, & bifurcatim sc̄cto. Id quod experientia quotidiana confirmat.

78 Morbus qui coeperit cum Luna fuerit in eo signo quod malefica aliqua tenuit in genitura, siue in quadrangulo, aut diametro eius, grauissimus futurus est: si autem malefica respicit, periculosus. Si in loco ubi genitura tempore benefica fuerit, sine periculo erit. Auctores Ptolem. & Claud. Galenus ex doctrina Aegyptiorum, & maximè Mercurij Trismegisti.

79 Troiani belli temporibus, Graeci ex perrecti mane utebantur ἀρπατισ μάλ, id est, ientaculo, sed frugi. Deinde hora tertia diei ab ortu Solis, ἀπίσ, hoc est prandio. Ad vesperam verò, ἐσπερίσ μάλ, id est merenda. Demum post Solis occasum, δειπνῶ, hoc est caena, Ἀθε. & Sui. Onum

Onum in aceto acerrimo triduo 80
maceratum, aut paulo plus, testam
adeo teneram & mollem exhibet, ut
per annuli angustiam facile adigi
possit. Idem calida aqua demersum
induratur. Addo quod filix eodem
aceto edomitus septem dierum spa-
tio, digiti attritu in puluerem resol-
uitur, hinc nihil mirum, (si ut di-
ximus) Annibal alpina saxa sol-
uit aceto.

Decoctum foliorum & seminum 81
cannabis, terra inspersum, vermes
& lumbricos, si qui subsint, ad eius su-
perficiem allicit. Idem semen hyeme
gallinas fecundas reddit. Et canna-
bina folia in farinam versa, ine bri-
antem potum faciunt. Cardanus.

Antiqui ne vina lentescerent, & 82
pinguia ac pendula fierent, aquam
marinam, aut salcm addebant: qui
suo calore & pondere feces ad fun-
dum

dum secū deferebat, & ita vina defecatiōra reddebat. Autores sunt M. Cato, Colum. Plin. & Græcorum geponici.

83 *fr. facie* Aqua reddens faciem inueniē. Accipe sulphuris vini unciā unam, olibani albi unc. duas, myrrhe unc. rotidem, & ambra drachmas sex. Redigantur singula in puluerem, deinde commisceantur, & addita libra una aqua rosacea, distillentur in diplomate, seu balneo, ut vocant, maria. Excepta aqua seruetur in vase ad unguem obturato. Cūm vti volēs, tinge in ea linteolum album, quo faciem abluē ante somnum, & manē hordeacea aqua, aut fontana, deterge: adeo venusta & limpida erit facies, ut ab omnibus miretur & osculari desideretur. Ex quodam libro decoris muliebris.

84 Oleum tartari factum ex fece vini generosi, ferrum emaculat, deter-
sag.

saq̄, omni rubigine, eximium splendo-
rem ei conciliat. Faciei lentigines
obliterat, & fœdas omnes pustulas
quæ frontem mentumq̄, deturpant,
vi absterforia emendat. Ex quadã
matrona fucorum magistra.

Rosarum radices & propagines 85
vnã cum genitali earum terra inter
genistas & sparta translata, flau-
scentes rosas præbere traduntur, Bap.
Porta. Est alia via qua per terebra-
tionem fit, de qua nẽ verbum quidẽ
hic à nobis expectabis, vt alijs sum-
demus locum.

Hyoscyamus pestiferis bubonibus 86
admotus, illos fertur disperdere, vel,
vt quibusdam placet, dispergere. Et
si quis ante illorum emersum plantã
eam secum habuerit, nusquam à bu-
bonibus corripietur. Radix irita &
podagra ischiadine (calidã) apposi-
ta, maximoperẽ iuuare fertur, quod
fit Ioui mancipata, qui vnus coxas

F 5 ob Sa-

ob Sagittarium, & pedes propter
Pisces sibi vendicat, Ex vetustissi-
mo Secretorum libro.

ben

87 Si guttae aliquot aquae vitae scri-
ptorio atramento misceantur, nun-
quam frigore constringetur. Et si suc-
co maluae, aut mercurialis, manus
oblinas, citra lesionem plumbum li-
quefactum tractare poteris, modo
celeri motu id perficias. Quod crede-
re tutius puto, quam experiri.

88 Qui ad rem quampiam apertus est,
habet profecto & huiusmodi signifi-
cationis stellam admodum potentem
in sua genitura. Et qui sciens est, po-
test multos stellarum effectus auer-
tere, quando naturam earum nove-
rit ac seipsum (a caelo monitus) ante
eventum preparavit. Claud. Ptolem.

89 Iulius Capitolinus refert Antonium
Pium Caesarem iam senem &
filicernium, mane antequam salu-
tatores veniret, solo pane sicco robur
virium

virium sustentasse. Addo, quòd Democritus morti proximus solo eiusdem panis & mellis cocti odore vitam prorogavit, donec Theſmophoria Cereris sacra finirentur, Athenæus & Diogen. Laertius.

Aceti vsus tam intrà, quàm extrà à assuefactus (ut fieri solet per contagia pestis) incommoda parit plurima: nisi aqua rosacea, aut vini optimi, vel croci momentum illi remisceatur. Sed de his multa in nostris contra pestem Secretis & auxilijs.

Sicomori lignum in aère nunquã siccatur: in ripis fluminum & aquarum gurgitibus celeriter. Addo, quòd baculum ex silere libenter ferunt rustici, quia serpentes hunc fruticem fugiunt, Plin. Addo quòd hyoscyamus viridis sub cervicali positus, somno conciliando prodest: perinde atque plantas pedum inungere gliris pinguedine, ut Aetius tradit.

92 Virtus rosarum purgatrix consistit in supernis earum partibus, ut etiam violarum: asfrideioria vero earundem facultas & roboris alitrix, in internis delitescit. Sic urtica vis adrens, superficie tenuis manet: interne vero tantum frigoris latet, ut contusa urtica, & arterijs brachij temporumque applicata, febris feruorem extinguat in corde, ut alibi adnotauimus.

93 Regum pocula ex cornu olim fuisse, auctor est Philostratus. Vnde ἀκρωτὶς κέρατος, id est a cornu, cratera deduci contendunt. Tradit insuper Theopompus, boues apud Paonas tam magna gestasse cornua, ut tribus, aut quatuor vini sextarijs vix adimpleretur: ex ijsque reges ac proceres pocula conficerent, labris eorū auro & argento obductis.

pro
facie 94 Ad maculas faciei obliterandas plurimum pollet lupinorum farina, cum

cum felle capra, succo limonum, & alumine saccharino. Miscentur omnia, & fit unguentū, quo tanguntur macule, & paulatim abolentur.

Ne vinum aestiuis mensibus, & per 95 Canicula incendia, cuiò in congijs & amphoris vapescat, sed suave sit ac summè frigidum, collocentur vasa œnophora in labro aqua frigida op-pleto, deinde sal petra aut nitrum illi inspergatur. Tanta frigiditate vinum imbui continget, ut vix dentes ferre possint, Lemnius & Langius. Sunt qui albuminibus ouorum utantur, loco nitri, aut salis petra.

Florem veronicae coronariae (oil-96 hetum vulgus Gallicum nuncupat) ceruleo colore sic intinges: Caudicem intibi erratici qui insigni sit crassitudine, radice tenui seca, & facta fissura in eccentrico sobolem floris à radice euulsam desige. Id ubi factū erit, vimine coustringe, ac terram putri

- putri simo subactam circum aggera,
& opportune riga, Bapt. Porta.
- 97 Crystallinus lapis in tenuissimum
pollinem deductus, & ex insculo quo-
piam, aut vino, mulieri lactanti ex-
hibitus, illius ubera lacte plurimo fe-
cundat. Sic unionum pulvis contra
cardiacum affectum valdè pollet,
modo veri & orientales fuerint u-
niones.
- 98 Cum volueris fugare muscas à
quopiam loco, ut nulla ibi amplius
videatur, fac imaginem musca in
lapide annuli, vel, ut habet codex
meus, figura in lamina æris, cupri,
aut stanni muscam, araneam, & ser-
pentem, secunda facie Piscium ascen-
dente. Et inter formandum dicas,
Hac est imago qua omnes muscas ex-
terminat in eternū. Deinde sepelias
eam in media domo, vel suspende ad
aliquem locū illius. Si habueris ad-
huc quatuor similes, & in quatuor
angu-

angulis domus sepelinéris, vel suspen-
deris, aut inter parietes ita occulta-
ueris, ut à nullo possint auferri, lon-
gè melius erit. Sed hac repositio de-
bet fieri prima facie Tauri ascenden-
te, sic enim nulla musca ingreditur,
nec remanebit. Experimentum vi-
di, inquit Ptolemæus, in domo Ade-
bari regis sapientiss. Et in magia na-
turali exercitatis. In cuius palatio
nec musca erat, nec vermis aliquis
nocens, aut molestiâ adferens. Quod
ut explorarem, ait, produxi ibi mu-
scas viuas, quæ ilicò interierunt. Ha-
ctenus ille.

Mures extinguentur, si cum ali- 99
quo delectabili cibo illis proposito
miscetur argentum viuum extin-
ctum, aut plumbum vstû, vel squam-
ma ferri, aut helleborus niger. Ad-
do quòd vermes ac venenata omnia
fugantur suffitu aliorum animalium
eiusdem speciei, ut scripsit Rasis.

Ex

100 Ex vino debili sic facies genero-
sum, Accipe foliorum callitrici &
seminis apij ac feniculi quantum po-
test manus capere, & dolio immitte,
Si turbidum erit, sic clarum reddes:
Sume sex aut septem ouorum albu-
mina, que vino iniecta baculo dilige-
ter moue & coagita. Ex secretis
periti cuiusdam & diui-
tis œnophylacis An-
reliani.

ANTO-

ANTONII MI-
ZALDI MONLVCI-
ANI MEMORA-
BILIVM.

Centuria. IIII.



*S*ANEQVAM me-
morabile, & admi-
rabile mihi est quod
ab *Eliano* scribi-
tur. Cum *lupus*, in-
quit, maxima ma-
gnitudine in ludum literarium inua-
sisset, & de manibus *Gelonis* Syracu-
san pueri tabellas rapuisset, *Gelon*
de sella surgens, feram nullo timore
diligenter & acerrimè insequen-
tur, tabellas suas ex illius ore detra-
here satagens. Postea autem quàm
hic extra tabernam ludi literarij
fuisset, illa quidem labem fecit, & re-
pent-

pentina ruina concidens, pueros supra centum unâ cum praeceptore cōfecit & oppressit: solo Gelone, diuinae prouidentiae munere, ex sodalibus suis superstiti. Qui quod à lupo occisus non fuerit, sed potius seruatus, magnam profecto habet admirationē. Non igitur rationis expertia Deus negligit, imò verò chara habet, cum diuino instinctu partim ex his regnum praesignificari, partim ex imminente periculo seruari.

2 Priscae religionis sacerdotes, demonum antistites, ut praetextu religionis diuescerent, fingebant deos ex-cruciare homines morbis. De quorum numero epilepsia, ob id sacer morbus dicta, censetur. Autor Hippocr, in libro de sacro morbo, & de virginum morbis. Adhuc Gale. lib. prognostic. ut adnotauit Ioannes Langius.

3 Membrum ferro percutiendū non est.

est, quum Luna signū tenuerit quod membro illi dominatur. Adde quod defectus luminarium in cardinibus genitura, annuarumue conuersionū noxius est. Et Venus nato voluptatem adfert in membro, cui signum in quo ipsa est dominatur. Idem & in ceteris stellis, Ptolemaeus.

Si forex, alurus, mustela, vel tale quid ex inopinato grauida mulieris corpori insiliat, aut fraga, corna, cerasa, vel vna acinus vlli parti eius inciderint, confestim notam foetus imprimi contingit, illi maxime membro quod attigerint: Nisi forte mulier in ipso momento quo haec corpori ingruunt, repente absterfo membro, postica, aut remotiori parti corporis manum admoueat, Lemnius.

Carnes ad Lune radios noctu mactatae, vel exposita, teneriores, coctūque faci-

faciliores euadunt. Nam Luna astrum ad cibariorum concoctiones plurimum confert: que nihil aliud sunt quam putrefactio quedam. Hinc ligna ad Lune splendorem cascarius putrescunt, & fructus celerius maturescunt. Autor Daphnus medicus apud Athenaeum.

6 Aqua ardens, quam etiam vitæ aquam appellant, in preseruandis rebus, & à putredine vindicandis summe est efficax. Si enim carnes ac pisculentæ queque ea imbuantur, à corruptione & vermiculis immunia euadunt.

7 Si folia taxi comederint iumenta, moriuntur: si vero ruminantia animalia degustauerint, nihil incommodi sentiunt, Theophrastus. Quamquam Plinius fraxino, id ascribit: quem sefellisse potuit nominum affinitas & vicinitas. Nam Græci fraxinū milean, taxum verò milon vocant.

Novit

Novit alter vno Cleopatra no- 8
 uissima Egypti Regina, tabificam
 aceti vim & acridinem, quo nec ma-
 gnitudine, vt tradit Plin. nec cando
 reparem vnquam spectauit Oriens.
 Dum enim superbo fastu, vt reginā
 decet meretricem, M. Antonio Con-
 suli Rom. obijceret, facta etiamnum
 sponsione, se solam vna cœna centies
 sestertiū absumpturam, unionem ex
 aure detractum, qui tanti estimaba-
 tur, nimirum ducentis & quinquā-
 ginta millibus coronatorum, aceto
 liquefactum, re vera absorpsit. Au-
 tores sunt Plinius, Macrob. & alij.

Ex tamarisco & fraxino tornati 9
 calices à medicis valdè probantur.
 Nam hic venenis & item calculo,
 ille verò spleni obstructo præclarè
 medetur. Possunt etiā ex ligno gua-
 iaci aduersus luem Veneream com-
 poni remedio præstantissimo. Ioan.
 Langius.

Ad

- 10 *Ad diluendum faciei nimium ruborem, Accipe uncias quatuor nucleorum persicorum, & semin. cucurbita excorticatum unc. duas, terre, ac fortiter exprime, ut oleaginosum liquorem elicias, quo mane & vesperi faciei carbunculos ac rubores tange, & paulatim disparebunt, vel plurimum emendabuntur.*
- 11 *Si quis integras & illibatas castaneas diu seruare volet, illis nuceas iuglandinas remisceat. Humorem enim excrementitium & viginem omnem, unde cariosa efficiuntur, penitus absorbeant, & situ obduci prohibebunt. Sed de his multa in nostris hortorum Secretis.*
- 12 *Sirapa serantur rare, effeminantur: si vero dense, masculoscere omnes aiunt. Tradunt insuper quod quanto recentiora fuerint cucurbita & cucumeris semina, tanto maturius nascuntur: & petrapium, aut petro-*

petroselinum, ex veteri semine cele-
rius provenire, quam ex recenti: uti
etiam nasturtium.

Aganice, ut Plutarchus refert, 13
Hegetoris Thessali filia, siderum de-
fectus in plenilunys perita, ac tem-
poris quo Luna obiectu terre um-
bra obnubilaretur gnara, quum hac
mulierculis credulus, presaga futuri
prediceret, Lunam praecantatione
caelo subducere credebatur. Hinc il-
lud Virgily in Damone exijt, Carmi-
na vel caelo possunt deducere Lunā.

Polygonū, seu corrigiola, solaris cē- 14
setur esse plāta. Ex quo affectib. cor-
dis, necnō oris ventriculi, quē prisca
cardia nuncuparunt, summē auxi-
liatur, propter Solē & Leonē, qui v-
trifq. praesunt. Iuuat etiam nephreti-
cos, & calculi, vel coli dolorib. excru-
ciatos, potu, aut iniectioe. Sunt qui
pbato enētū mihi confirmārint, etiā
valdē prodesse ad hamorrhagias.

415P

Quisquis

- 15 Quisquis genitura sua dominato-
res, aut ascendens in signis humanis
non habet, ab humanitate alienus,
etiã sibi ipse erit. Et quicumq; Mar-
tem habet in horoscopo, seu ascenden-
te sua genitura, omnino cicatricem
in facie accipiet, Ptolemaeus.
- 16 Hydrophobi qui ex canis rabidi
morsu aquam appetunt, & eandem
reformidant, si inopinato subitòque
impulsu aquis mergantur, metus me-
tu discutitur, & tali symptomate li-
berantur, Lemnius.
- 17 Ruta & mentha dum virent, fla-
tus ac Veneris pruritum excitant:
siccata verò, vel fricta, & præcipuè
femina, eosdem discutunt, Vene-
risque impetum frangunt, & gonor-
rheam sistunt. Hinc nimirum ad ca-
stitatem seruandam, olim myste sa-
cris imitati ruta utebantur. Au-
tores sunt Nicander, Hippocrat,
Dioscor, Galen. & alij.

Per

Per rigidum & asperum gelu, 18
crus brachiūmue, offendiculo & la-
psu minimo facile frāgitur. Quod ex
siccitate aēris ambientis, ossa etiam
rigescant & fragilia reddantur. Id
quod in candelis ex cera, vel seuo cō-
pactis obseruari potest: contrario
modo quā in humido cœli statu: in
quo omnia lentescunt & flexibilia
fiunt. Lemnius.

In præseruandis edulys, si sal, ace 19
rum, aqua uia, vel salsugo ad id op-
portuna, defuerint, puluis cymini,
aut carui, ut vocant, præsenteo e-
rit auxilio, si illo defricentur & recō-
dantur. Proderit etiam mel, sed non
ita efficaciter.

Ad continendum sanguinē qui 20
immodicē fuit, hanc precantatio-
nem docet Cardanus: Sanguis mane
in te, sicut fecit Christus in se. San-
guis mane in tua vena, sicut Chri-
stus in sua pœna. Sanguis mane fixus,

G sicut

sicut Christus quando fuit crucifixus, ter repetendum est.

21 *Ficus arbor vaporem adeò acutum & incisivum spirat, ut carnem gallinæ in ea suspensam maturet, cōtinuè perfacilem reddat, Plutarch. & Aristot. Idem continget, si sublatiis ex volatilibus pennis, aut deventa pelle ex animantibus illas in tritici aceruo, unum alterumve diem diligenter conspeliueris. Experientia confirmatum.*

22 *Veterum medicorum instrumenta cornea erant, cornibus liquores mensurabant, cornibus in scarificatione pro cucurbitulis utebantur, & cornibus, Galeno teste, clysteres administrabantur. His addam quòd non solum monocerotis cornu, sed cervorum quoq, contra virus efficacia esse experimento constat. Nam illorum scobe vermes infantium necantur, & accensorum nidore serpentes*

pentes fugantur, ut tradunt Dios.
Plin. & alij.

Aduersus faciei serpiginem & a-23
liarum partium corporis (Galli der-
ras vocant) accipito radicem lapa-
rhi, seu rumicis, eamq³ particulatim
concisam, diem vnum in albo & acri
aceto macera, deinde extrahere, &
serpiginosum locum ter vel quater o-
mni die sedulo confrica, & in acetū
toties remitte: vel, quod satius erit,
nouas radices substitue. Experimen-
to frequenti probatum. Sunt qui
idem certo promittant ex radicibus
borraginis, a ieiunio laborante pre-
mansis, & diu, identidēque illitis.
Facilis erit experientia.

Corruptum vinum pingue & pē- 24
dulum restauratur infuso lacte bu-
bulo modicē salō. Sunt qui alumi-
ne, sulphure & calce id tentent. non
sine graui bibentium pernicie. Quod
ut vitari possit, gran. i. unperi &
G 2 iridis

MEMORABILIVM

iridis radix una sunt admiscenda,
Lemnius.

25 Amygdale nascentur inscripte,
si tam diu cum suo putamine & testa
macerentur, donec laxatis claustris
nucleus absque vlla noxa & fractu-
ra excludi possit: vbi exemptus erit,
præacuto stylo, quidquid allubuerit,
satis profundè in eo sculpetur vel
describetur, tenuiq; arborum mem-
brana aut papyro inuoluetur, & ster-
corato subactōq; solo committetur.
Ex Geoponicis.

26 Verbena radix appensa collo e-
ius qui strumas patitur, mirum ac
insperatum adfert presidium: quod
nota Veneri ancilletur, quæ collo præest,
propter Taurum eius domicilium.
Ob id etiam Veneris desideria au-
gere traditur gestata, vel ex vino
hausta. Addunt magia naturalis
professores eandem verbenam Sole
per Arietem spaciante collectam,
& gra-

Et grana peonia sociata, trita,
 Et ex vino albo percolato haustam,
 epilepticos, miraculo quodam sana-
 re. Res me dictante, multis exper-
 ta, quam ex vetustissimo libro de
 herbis septem Planetarum, Herme-
 ti ascripto, fideliter decerpsi.

Topazy gemma cote medica at- 27
 trita, succum reddit ad oculorum
 morbos apprimè utilem, si eo illi-
 nantur. Ille idem hydropi aduersa-
 tur, ac tabescentib. medetur. Autor
 Epiphanius Cypri episcopus in opu-
 sculo de 12 gemmis que erant in ve-
 ste Aaronis, ad Diodorum Tyri pre-
 sulem.

Comprehensa, hausteq. sub ipso cō. 28
 ceptu imagines, vel subito oborta rei
 cuiusque cogitatio, creditur effinge-
 re similitudinem in fœtu, ac formas
 miscere. Hinc aurosum alios, alios pa-
 trum, plerosque autem cognatorum
 effigiem ostentare videas. Ideoq. in

G 3 homi-

homine plures, quàm in reliquis animantibus sunt differentie, ac discrimina, Plinius.

29 Maturitatis murie experimentum id erit : Vbi dulcem caseum in eam demiseris, si pessum ibit, immaturam : si verò emerget, maturam esse scito. Columella. Addã ex Plinio, et si πύρεξ γον, quòd lapis exēptus è capite piscium qui aselli seu óvioxos vocantur, nobis verò merlucij febrē tollit adalligatus.

30 Didymus medicus extracto sanguine e pedis pollice, labra epileptici inungebat. Et Orpheus atque Archelaus contaminabant faciem sanguine ex quacunque parte corporis educto: atq; ita epilepticos exurgere restati sunt. Hollerius ex Plinio. Quod nos etiam ante à scripsimus.

31 Qui ab aestu faciem defendere satragunt, ne fusca fiat, ij antequam sub Sole ambulent, vel equitent, illam

~~anisi~~ ^{anisi} ~~agitat~~ ^{agitat} ~~is~~ ^{is} ~~remistis~~ ^{remistis} loricare
 debent. & peracto itinere, aqua hor-
 dei tepida, vel simplici, eluere, ac te-
 ctorium illud deponere. Res mulier-
 culis valdè expetenda, qua cupiunt
 faciem votis componere amantium.

Tradit Pomponatius priscos ex- 32
 orcistas, quos admiratores appellant,
 ante coniurationem expurgasse ab
 atrabile corpora obsessorum a spiri-
 tibus. Nam geminis morbis, ut plu-
 rimum infestantur, animi nimirum
 & corporis: illos curat ecclesia, hos
 verò opportuna medicina.

Poculum ex hœdera, cissybium 33
 dictū, ratione duplici conuiuijs sum-
 mē est accommodū: imprimis, quòd
 hœdera vini temulentiam, arcere
 fertur: deinde quòd canponum fraus
 des, qui vinum aqua miscent, eo po-
 culo deprehenduntur, sicuti dein-
 ceptus ostendimus ex M. Cato. & alijs.

G 4 Oli

34 Olibani & lardi suilli partes equales vitreato fictili coquantur, & ad linimenti consistentiam per setaceū excernuntur. Hoc si pediculosum caput inungatur, procul dubio immune evadet a pediculis. Eritq; praesidium eam in rem & propugnaculū multò tutius, quàm ex unguento emulato. Quo nihil perniciosius in scabioso & pediculoso parvulorum capite, propter argentum vivum, quo scetet. Nam hinc seua oboriri vidimus symptomata. Quod inconsultis matribus & nutricibus, quæ illo vuntur, scriptum sit.

35 Elephantiasis correptos deprehendes ex lotio, cui plumbi vsti cineres inspersi sint. Nam si subsidunt, nullum inest contagium: sin fluitant, & in urinae superficie herent, certissime labis signum ostendunt, Lemnius.

36 Ex Quintiliorum georgicis siccos

cos & inaquosos cucumeres ad hunc
habebis modum. Vbi scrobiculū fo-
deris, in quem illorum semina depo-
siturus es, dimidium altitudinis e-
ius paleis aut sarmentis exple, ac
ita planta, terra desuper regeſta,
absque vlla rigatione.

Semina rose, cum seminibus sina- 37
pi & pede mustele suspenſa inter ra-
mos infœcunda & parum feracis ar-
boris, illam mirum in modū recrea-
re, ac fecundare traduntur. Et si
brassica egrotet, ac veluti languens
tabescat, eodem presidio renaleſcet.
Addo, quod pisces turmatim ſecta-
buntur rete hisce miscellaneis comi-
tatum. Ex cuiusdam aulici secretis,
& experimentis, ut dicebat.

Tradit Aristot. & post eum Al- 38
bertus, quod smaragdus collo adalli-
gatus, epilepsiam impedit, & quan-
doque penitus curat. Hinc fit, ut no-
biles collo natorum suorum hunc la-
pidem

pidem libenter appendant, ne epilepsia tententur.

39 Circa tertium à conceptu mensem vitium graviditas infestat, quòd malaciam & picam nuncupant. In quo carbones, putamina, cretam, testacea, aliq̄, esui inepta, avidè concupiscunt: nonnunquam etiam carnes humanas: quæ si denegètur, oùm matrem, tum foetum, in presentaneum vitæ discrimen adducunt, sicuti paulo antè unâ, & item alterâ historiâ confirmavimus. Malū hoc potissimè inualefcit, ut tradit Lemnius, dum infanti crines emergere incipiunt, & foemella utero gestatur.

40 Aqua in qua flores amarulenti persica arboris septies infusi ac macerati fuerunt, cum sacchare ad z.ii lapij consistentiam & spissamentum cocta, vermes unâ eum excrementis astricta alui foras efficaciter protrudit. Langius.

Pallida

Pallide mulieres. graciles, maci- 41
lente, nec non fusca, quas Gallicum
vulgis brunetas appellat, rubicundis
& obesis petulantiores, salaciores ac
magis prurientes esse solent. Quod
prospiciant qui compedibus matri-
mony vinciri querunt, & muliebri
capistro adalligari.

Si cortex tollatur à vite, mino- 42
rem fecem vinum eius reddet. Ob
id muscus in ea repertus expurgari
& corradi debet, ut tradit Pallad.
Adde ex Plinio, quòd si fabam Lu-
na plena seras, & lentem ac viciam
à xxv. ad xxx. à limacibus erunt
immunes. Sed pro pabulo quidam
ita serunt, & pro semine id vere no-
no aggreduuntur.

M. Bruto exercitum ex Asia tra- 43
iecturo spiritus quidam nocte asse-
debat, & percontanti quis esset, re-
spondit, malus tuus sum genius,
quem in Philippis Thessalia campis
G 6 vide-

videbis. ibi Brutus in conflictu occubuit. Plutarch.

44 *Pocula ex vitro conflata eo nomine sunt metallicis salubriora, quòd nulla sulphuris, argenti vini, plumbi, aut cerusa virulentia participet, & suo congenito frigore saporem vini probè seruent. Langius.*

45 *Si succum limonum misceas cum pauxillo salis communis, habebis aquam præstantissimam ad delendas maculas ex manibus artificum & erugandam, dealbandam, emolliendamque cutim. maximè, si post loturam non detergeatur. Valet etiam contra vstiones à Sole, & alia pleraque experiundo dignoscenda. His addam quòd flores rorismarini in vino albo macerati & leuiter seruefacti, faciem summè venustant, anhelitus suauitatem conciliant, caput roborant, ac ventriculum expurgant, si insculum decoctionis eorum à ieiunio*

inno sorbeatur. Arnald. Villano-
nannus.

Indubitata recuperate valetu- 46
dinis argumenta sunt, quando par-
tes genitales prurire, ac turgine af-
fici incipiunt, licet reliqua membra
flaccida sint ac debilia. Sed tunc à
Veneris conspectu summoperè cau-
endum, ne fiat quod dicunt, error pe-
ior priore.

Rosam viridem, luteam, vel ce- 47
ruleam reddes, si eius caudicem iu-
xta radices findas vel terebres &
fissuram, foramenue, quo visum ti-
bi fuerit colore impleas. Verbi gra-
tia, erugine si viridem rosam habe-
re satagis: indico lapide trito, vel a-
zuro, si caruleam: croco, si luteam,
& ita de reliquis. Sed diligèter pro-
spice ne auripigmentum, aut vene-
natum colorem alium intrudas: Nā
si plantam vel fruticem non enecat,
floreem insicit. Tum demum fissura
est

est deliganda, & ut decet, emplastranda obturandumq; foramen, & contra externas iniurias armandū, quo docuimus modo, in nostris medicandorum fructuum varijs artificijs. & in Opusculo de arborum diuersa in sitione.

48 Tradunt Persarum magi ex salina sub simo putrefacta, dum Sol & Luna secundam faciem Leonis occupant, auem merule similem procreari. Cuius adusta cinis lampadi inspersus, domum serpentibus plenā esse imponit. Hermes.

49 Multorum experimento comperitum est, sapphirum ad arteriam ligatum, febrilem ardorem mitigare: & è regione cordis gestatum, à pestilenti contagione & venenis tutū reddere gestantē: adhuc, corallū de collo epileptici pendens, casum eius prohibere, Rasis, Albertus, & alij.

50 Si oua citra operam galli edita
(sub-

(subuentanea vocant) gallina fouenda supponantur, citius putrescunt, quam animentur. Quae verò gallina a gallo calcata peperit, post vndeuigesimum diem ab incubitu pullos proferunt. Qui, antè quàm putamè abrumpatur, pipire solent, Lemnius.

51
Purpureus mulierum color si suscatus est, deprehenditur commansis granis cymini, vel nucleolo allij demorso ab ipsis. Nam si natiuus est, durabit: si verò cerusatus, hydrargyratus, aut citrini unguenti illitus conquisitus, statim obsolescet, Lang.

52
Nodi, cicatrices, clavi, calli glandula, & si quid luxatum, ruptum, fractum, conuulsam, solutumq; fuerit in aliqua parte corporis, omnia futuram aëris mutationem & tempestatem praesagiunt ex dolorum exacerbatione, ut plenius ostendimus in nostris Ephemeridibus aërijs, & rustica tempestatum Astrologia.

Si

53 Si cum lacerta sepo, halinitro, cuminoq, farinam tritici miscueris, & gallinas eo cibo saginaueris, caro illarum adeo pinguefaciet homines, ut pre crassitudine & adipe disrumpi videantur, Cardanus. Adde ex eodem quod ulmi ac persici folia preter tempus decidentia, pestem in omni iumentorum & pecuino genere presagiunt.

54 Suetonius autor est, Tiber. Caesarem experrectum, etiam in tenebris, ut feles vidisse: & Seneca, Asinium Pollionem nullas à cena solitum resignare aut legere epistolas: ut animo curis soluto & tranquillo cubitum iret, & ita se ad somnum componeret.

55 Aërea pocula damnantur, quod aruginem, infestum stomacho virus, facile contrahant: precipue si vinū, aut acetum illis infundatur. Aurea prestantissima sunt, quoniam
cor

corroborant & exhilarant. Adde quòd poculum ex electro naturalis conflatũ (quod auro & argenti quinta eius parte constat) arcu in superficie eius interna maculoso, quo nitor ingenitus obsolescit, necnon stridore, virus infusum prodere fertur, ac pramonstrare. Langius.

Capillos aut barbam sic denigrabis. Accipe lixivij communis quantum voles, cui infunde folia beta, salvia, & lauri, cum myrrha & corticibus iuglandium viridium. Tum demum coque omnia, & ex eorum lixivio barbam, vel capillitium lava: aut madefacta ibidem spongia, & nonnihil expressa, identidem tinge: miraberis effectum.

» Venenati aëris contagia discutiunt nuces basillia, seu iuglandes. Quod verum esse indicat synthesis illa Mithridatica, quæ διατῆσάρων dici potest. Recipit enim nuces binas, ficus totidem,

totidem, ruta folia xx. & salis granum. Hac si quis ieiunus sumpserit, à venenis & morbis contagiosis eo die futurus est immunis. Vide gallicū libellum nostrum Secretorum contra pestem: inuenies illic quod placuisse queat.

58 Cucurbita, pyra, mala, cotonea, citria, aurantia & alia huiusmodi, quam volueris figurā exterius præseferent, si ubi desloruerint & primum sui rudimentum exhibuerint, in figuratum internè typum aliquē ligneum, testaceum, aut alterius materie incluseris, & deligaueris, donec instum maturitatis gradum assequantur.

59 Aleetorius lapis magnitudine fabæ repertus in ventriculo decrepiti galli, fertur reddere gestantem gratiosum, constantem & audacem: nec non ad Veneris tractanda sacra ad unguem factum. Idē sub lingua detentus,

rentus sitim sedat, ut multis experi-
mentis compertum est, Albertus.

Morbus qui inuasit eo anno quo 60
eclipsis (cui dominatores sunt plane-
tae mali) in ascendente genitura, vel
annua conuersionis pariter con-
tingit, vel in loco hylech seu vita si-
gnificatoris, exitiosus & lethalis esse
solet. Idem fiet si in oppositione, vel
quadrato ascendente genitura, aut
conuersionis anni, vel significatoris
vita, contigerit.

Carbones cum fossiles, tum facti 62
tij, mephitim & graueolentiam ex-
halant, qua assidentes syncopi, atq;
animi deliquio, aut cephalalgia sub-
inde periclitantur. Remedium est,
sale conspergere dum ignescunt: aut
ferri, vel chalybis aciem illis inije-
re, Lemnius.

Citrium pomum scrinijs imposi- 62
tum, vestiariam suppellectilem a ti-
neis inoffensam custodit. Quod etiã
præstat

præstat ex sincero arietis sepo. candelæ, iisdem scrinijs tenui linteolo infer-
ta. Prodest succus eiusdem citri ad-
uersus deleteria pharmaca, addito
seminum puluere. Nam venenū per
ventrem extrudit, & habet prophyl-
actici antidoti energiam. Autores
sunt Theophrast. Dioscor. Galenus,
Athenaus, & alij.

63. Æstate procliuiores in Venerem
solent esse mulieres quàm viri: quòd
eo tempore calor illis ardeatur, his
verò flaccescat & elangueat. Qua
ratione calorifica pleraque ut ruta
& thymus, libidinem, humoremq;
seminalem in viris extinguūt ac re-
siccant, in fœminis verò ex acunt,
illarum vligine consumpta. Lomn.

64. Anseres, anates, ac reliqua aqua-
tica aues, syceritide herba suis me-
dentur incommodis: galline helxi-
ne: grues iunco: panthera humano
stercore: apri hadera, & cerua cina-
ra.

ra. Adde ex Plinio, quòd apes can-
crorum odore exanimantur, maxi-
mè si quis illos iuxta alvearia coxe-
rit. Nam fœdos odores odio habent,
& ob id acerrimè persequuntur eos
qui terra vnguenta redolent.

Si clauus ex ere chalcitide consta-
tus suillis, ceruinisue carnibus infiga-
tur, eas à putredine illibatas, stiptica
exiccandi facultate diu conseruat,
Plutarcho autore. Quod certa ex-
perientia nouerunt metallorum fos-
sôres, qui in scaptensulis versari so-
lent, meq, ea de re, inquit Langius,
hæsitabundum facta fide confirmâ-
runt.

Autores sunt Dioscor. & Plin. 66
abyssum, hypericum & moly herbas
in adibus suspensas veneficia ab ho-
minibus & pecore, ne fascinoentur,
perinde arcere, & amoliri, atq, lupo-
rum capita ianuis affixa.

Capillos aurei coloris amulos. vna 67
cum

cum barba, ad hunc facies modum.
Accipe frustula rhabarbari que à
pharmacopœis deraduntur, & tan-
quam inutilia abijciuntur. Ea in li-
xiuum decoctionis foliorum & ra-
morum visci ex quavis arbore de-
tracti, tamdiu infunde & macera,
donec emollescant. Facta expressio-
ne post leuem ebullitionem, spongiam
eo lixiuo imbue, & capillum idem-
tidem intinge, aut barbam, si visum
erit. Tum demum utrumque calidis
lintheis sicca: quod tutius est, quam
igni vel Soli exponere. Id ubi sepius
egeris, absq; vlla offensa optatum af-
sequeris. Ex quodam Italo.

68 Si desit commoditas astinis men-
sibus vinum in subterraneas & pro-
fundas apothecas mittere, prohibe-
bis ne vapescat, derrudendo in eius
dolum lardi & suille carnis salsæ
sesquilibrium lino inuolutam. aut ma-
iorem quantitatem, pro vasis capa-
citate.

citare. Sed ita, ut dum vinum depromis, id vna ad fundum vsq; descendere patiaris, donec vas exhaustum sit. Fiet ita, ut nec vinum a se degeneret, nec vapescat. Leuin. Lemnius, si bene memini.

Nucem absq; putamine sic habebis ex Africani artificio. Apertis eius carinis & putaminibus, nucleus a membrana intercurrente excludatur, sed omni eius carne & pulpa illaesa. Tum demum carpto vellere, aut tenui corticis membrana, vitigenisue folijs obuolutus, terra commutatur.

Corallium a collo dependens si uentem e naribus sanguinem retinet, ualeatq; aduersus epilepsiam, & incomposita menstruorum effluua. In puluerem solutum, & aqua dilutum, plantisque & arboribus respersum, illas recreare & fecundare fertur. Acceptum a quodam Hispano.

Hos

- 71 *Hoc cuculo miraculum, inquit Plinius, quòd quo loco primùm auditur, si dexter pes audientis ibidem circumscribatur, & vestigium id effodiatur, non gigni pulices ubicunq; spargatur. Addam ex Paladio, quòd a pes non fugient, si sterco primogeniti vituli, oribus alucorum illuunt fuerit.*
- 72 *Qui quarta Luna, silentiq; sidere, & quarto ab eiusdem coitu cum Sole, mulierem subigunt, si ex eo congressu illa concipiat, inauspicata vitæ principia fœtui non solum conciliabit, sed & in agendis rebus ei infelicem plerunque successum, informabit Lemnius. Hinc, obsecro, videant multi, quàm iniquè agant, qui ut suam expleant perbreuem libidinè, chara sua pignora natos, usque impedimentis obnoxios reddunt.*
- 73 *Coronea mala suo odore omnium deleteriorum virus obtundunt. Nã* &

Et Pharicum presentissimum venenū, ut tradunt Athenaeus & Plutarchus, impositum disco cotonea resipienti, emarcescit, eiusque vires omnino dispareunt, manifesta quadam ἀντιπαθία.

Negant canes fieri rabiosos gustato lacte eius mulieris quae mare peperit, autor Plinius. Qui etiam tradit caput fascia mulieris ligatum, doloribus leuari. Addam ex Columella, herba sanguinaria adeo grauem esse perniciem, quod si eam depasta fuerit ovis, toto ventre distenditur. contrahiturque, & spumam quandam tenuem tetri odoris despuat. Celeriter sanguinem mitti oportet sub cauda, parte clunibus proxima.

Plerique noctambuli inter dormiendum, opera vigilantium exercent, tecta in sublime scandunt, per trabes & lacunaria oberrant, lectos aliorum adeunt, omniaque intrepidè
H audent,

audent, nec quidquam sibi timent.
 Autores sunt Albertus, Christoph.
 Marcellus, Langius, & Galenus:
 qui etiam noctambulū se fuisse te-
 statur.

76 Ne quid ad gelida ganea pocula
 Grecis & Romanis deesset, nives ad
 astatem usque in subterraneis fossis,
 querneis frondibus, aut palea cooper-
 tas recondebant. Vnde Augustinus,
 Quis dedit paleæ tā frigidam vim,
 ut obrutas nives seruet: vel tam fer-
 vidam, ut poma immatura coquat
 & maturet?

77 Cancer viuis sublimato vino, seu
 aqua vite impositus, rubescit ac si
 percoctus esset. Et caseus ille non pu-
 trescit, neque à muribus eroditur, in
 cuius coagulo paucillum de cerebro
 mustela remistum fuit. Pictorius.

78 Vinum palato arridebit, & cum
 odore, tum colore perplacebit, si ma-
 lum medicum, seu citriū caryophyllis
 undique

undique compunctum & armatum,
ita in dolio suspendatur, ne vinum
atingat. Sic enim nullum saporem
vapidum, aut mucidum contrahet.
Si autem vinum subacidum, vel a-
cetum ad vini naturam asciscere vo-
les, porri semine id efficies: aut mie-
ctis in illud vinea pāpinis & capreo-
lis. Hæc cuiusdam est ænophili sen-
tentia vatis.

Plantam pulcherrimam habitu- 79
rus es, si in caprillum stercus diversa
semna intruseris, & illud pingui si-
mo oblitum, scrobe aliquantulum pro-
funda sepeliueris, superiniectoq; lita-
mine, & aggesta terra opportunè ri-
gaueris. Baptista Porta. Si lactu-
cam odoratam quæris, semen illius
vnà cum citrij semine misce &
sere.

Chalcedonius lapis collo appensus 80
valere traditur contra illusiones &
phatasmata ex metacholia oborta.

H 2 Quo-

Quomodo etiam Amethystus contra ebrietatem. & Chelonites in corpore testudinis inuentus, ad diuinationem, si sub lingua gestetur, praesertim crescente Luna: nam alio tempore inefficax censetur. Albertus.

81 Aqua ex contusis lumbricis per pannum expressa, & succo raphani aequis portionibus mixta, usque ad eodum duram & densam reddit aciem cultrorum, ensium, & aliorum instrumentorum, quae bis aut ter dum cudentur in illa extincta fuerunt, ut ferrum aliud ac si plumbum esset, facile incidant. Acceptum à quodam Parisiensi macharopœo.

82 Vbi menses mulieribus defluerunt, & abstersus est earum uterus (quod quinto ferè die usu venit, aut septimo) si à primo quo purgatae sunt die, ad quintum usque commisceantur illis viri, marem gigni aiunt: à quinto verò ad octauum foemellam.

Et

Et rursus ab octavo ad duodecimū
denuo masculum. Post illum verò
dierum numerum, hermaphroditū.

Lemnius ex Auicē.

Pisces agminatim confluent, pa- 83
cato flumine, aut maris litore, si a-
quam decoctionis aristolochie rotū-
de admixta calce resperferis. Quod
si eiusdem pulverem degustent, ve-
lut exanimati, supernatantes com-
prehendentur, Plinius.

Febres accenduntur si cornutisca 84
rabei in oleo decoquantur, & ex eo
braebialis arctia iungatur. Que
res in convulsione quandoque expe-
ti solet, necnon paralyti, & alijs affe-
ctibus, in quibus febrē excitasse val-
dè profuit.

Prisca ethnicorum religionis an- 85
tistites & philosophi pro comperto
asserunt, animas corporis mole exu-
tas, circa monumenta & in aere, de-
monum more, oberrare, illarumque

H 3 spectra

MEMORABILIVM

spectra nobis aduersari. Deniq; carminibus antè quàm de letheo oblivionis fluuio biberim, ad sortilegia cogi & alligi posse, donec corpus aqua lustrali expiatum, tellura conditum, aut rogo combustum, defunctisque iusta, aut parentalia persoluta fuerint. Autores sunt Suidas, Eustathius, Plutarchus, Psellus, Augustinus, & Lançius.

86 Aselepiades ex vino subaustero & porri succo ad mellis spissitudine coctis, electarium sanguinem excrementis suis, conficere docuit, ut scribit Galenus.

87 Cochlearum carnes per se tritas cum polline farina, ex proximi molendini parietibus, olim, inquit Galenus, vulnere imposui: cum quo etiã nervus vulneratus & contusus erat, in agricola & duro homine.

88 Ne vlla potandi illecebra antiquis deesset, aqua hac industria in-
frigi-

frigidabant. Testaceis vasis sub aprico Solis aestu interdum illam calefaciebant, aut igni excoquebant, noctu vero in altioribus adium fenestris frigori etheris exponebant, & mane ante Solis exortum, subducta fece, puriorem eius partem, ut salubriorem, in fictilibus hydrijs prius aqua frigida immersis, & pampineis folijs vel lactuca coopertis, ad usum sub paleis reponebant. Galenus & Athenaeus.

Vinum foetidum & corruptum⁸⁹ emendatur, si pro vasis magnitudine, iusta portio mundi tritici ex sacculo in eo suspendatur, & exinde retrahatur. Nam quidquid erit foetoris ad se alluciet, ac ita vinum sincerum & clarum reddet, Pictorius.

Censent Columella & Plinius causas catulorum post diem quadragessimam quam sunt editi castrandas, sic enim tutos fieri arabie. Modus

H 4 hic

hic est: Prehenditur cauda extremum in quod ultima spine articulatio desinit cum nervo, & tamdiu distorquetur, donec abrumpatur. Id etiam canibus conciliat, ne in longitudinem indecoram cauda porrigatur.

91 Si lauri baccas perforaueris, & semina cinara in singulis cuiusq; foraminibus posueris, ac fimo oblitas, terra commiseris, tam suaves & odoratos alticocalos hinc habebis, ut nihil suauius & odoratius dari possit. Ex Varronis geoponici prescripto. Idem etiam continget si semina tri-duo maceraueris in aqua odorata ac incunda.

92 Chelidonium lapis duplex in hirundine reperitur, rufus nimirum, & niger. Prior lineo panno, aut vitulino corio exceptus, & sub axilla gestatus, antiquos morbos, vna cum epilepsia perfecte sanat, idq; praestantius

tius efficit, si in pollinem tritus bibatur. Posterior valet aduersus febres. Autor Albertus in opusculo de sculpturis, imaginibus, herbis & virtutibus lapidum, quod penes me habeo non impressum. Addit ibi & alia multa ex priscis commentarijs magia naturalis Hermetis transcripta.

Butyrum foris admotum concoquit, discutit & lenit: non quidem in duro, sed molli & mediocri corpore, eoq; inflammationes tollit. Itaq; parotides, bubones & oris phlegmones, tum infinita alia in puerili, aut muliebri corpore, solo butyro perfecte curantur, Galenus.

Sapphyri gemma purpurascens, attrita & lacti permixta, plagis quae sunt ex pustulis albis & tuberculis efficaciter medetur, si eis illinatur. Scriptum est in lege, inquit Epiphanius, visionem quae Mosis in monte apparuit & legem datam, in gemma
H s sapphy-

sapphyro fuisse expressam.

95 Nihil efficacius ad exigenda ven-
tris interanea & lumbricos eicien-
dos, exiccatis in tegula ignita ver-
mibus, exhibitioque illorum puluis-
culo verminantibus pueris. Nam con-
festim reliquos corpori inharētes ex-
cludit. Lemnius.

96 Omne triticum in solo uliginoso
post tertiam sationem conuertitur
in siliginem, Columella. Et populus
alba ob senium & alimenti inopiam,
succo effusa in nigram degenerat,
Theophrastus. Hic addere mihi li-
ceat, quod gallina viperis saginata
& elixata, salutare sunt elephantia-
sis labe infectis, ex quorundam ex-
perimento.

97 Noui quosdam nostra etatis, in-
quit Galenus, propinasse ossa huma-
na vsta patientibus comitalem &
articularem morbos: sed nescientibus
aegris quid biberent, ne forte remedij

auer-

anerfarentur. Et multi hoc praesidio curati fuerunt. Hactenus ille. Addit Conrad. Gesnerus se os illud quod coronalem futuram describit epilepticis exhibuisse, & optimè successisse.

Ad sistendū sanguinē qui implacabiliter erūpit, hac precatio à multis celebratur: Adiuuro te per Dei omnipotentis verā, viuam & immortalē virtutem, & per eū sanguinē, qui ex Christi in cruce pendentis latere fluxit, vt quemadmodū rubrū mare Dei virtute diuisum est, ita tu eadē potentia sanguis sistas & maneas.

Ab auro fusili quidpiā non distatur, nec pondus ei crescit, nisi ossa gallinacei in id coniecta fuerint, nā eius partem absorbent, vt antea admonuimus, Autores sunt Plin. & Vitalis Cardinalis.

Cū volueris fortunatos reddere venatores, vt efficiāt in venatiōe,

H 6 tertia

tertia facie Sagittarij ascendente, &
 Luna in eadem versante, vel in A-
 ricte aut Leone, modò applicet Mer-
 curio ex bono aspectu, cum receptio-
 ne, fac ex argento, cupro, vel stanno
 imaginem viri habentis in dextra
 manu arcum tensum, sagittà super-
 posità. & interfundendum, vel scul-
 pendum dicas, Per hanc imaginem
 ligo omnes feras sylvestres, cernos, a-
 pros, lepores, &c. vt nulla meam ve-
 nationem subterfugiat, quin opta-
 tam portionem & prædam mihi sem-
 per relinquat. Postea tertio gradu
 Leonis ascendente, incipe sculpere in
 altera lamina eiusdem materia, tot
 genera ferarum, quot erunt vena-
 tioni congrua in tua regione: ac inter
 operandum dicas, Ligo omnes feras,
 &c. vt supra. Deinde coniunge am-
 bas imagines conuersis vultibus in-
 ter se, easq; serico panno viridi inuol-
 ue, & sic deliga, vt non facile sepa-
 rari

CENTVRIA IIII. 91

rari possint. Tum demum ubi venatum exire voles, defer tecum, & rem miram experieris. Verum enimvero, caue aggredi venationem nisi cum Luna fuerit in Ariete, Leone, vel Sagittario. Qui enim illam iniatur ea versante in Tauro, Geminis, Scorpione, vel Capricorno, nihil prae, vel parum admodum refert, idque maximo cum labore.

Hac sunt Ptolemei.

ANTO-

ANTONII MIZALDI MONLVCI-
ANI MEMORA-
BILIVM.

Centuria. v.

NON illud memora-
bile & sanè quàm
admirabile iudica-
bitur, quod à Con-
rado Gesnero, viro
citra ullam contro-
uersiã πολυμαθεσάτω & πολυλογά-
τω adnotatum est? Anno, inquit,
1551. peruenit ad nos historia Vien-
nae impressa huiusmodi. Hac estate
circa diem diuæ Margaretae in Hun-
garia, prope pagum Zichsam, iuxta
Theisam flunium accidit, ut in mul-
torum hominum corporibus, serpen-
tes & lacerti naturalibus similes na-
scerentur. Vnde sensissimi dolores ob-
orti,

orti, tandem eos misere necarunt. Ita ut tria circiter hominum millia sic perisse feratur. Quibusdam hu- mi ad Solem iacentibus serpentes & lacerti per os aliquatenus emerse- runt, sed mox iterum sese in ventrē abdidērunt. Nobili cuidam puella diris cruciatibus mortua cum ven- ter incidēretur, serpentes duo pro- dierunt. Hactenus Gesnerus in pra- claro illo suo opere. De quadrupedi- bus ouiparis.

Decoctum radice erythrodani, 2
quam rubeam vocant, regij morbi
colorem emendat. Ex quo aureum
poculum ab antiquis medicis dice-
batur. Quod, quantum sanitas dimi-
tys antecellit, tantum in magno pre-
cio esse deberet, Langius.

Vulnera agrè sanescunt, aut cica- 3
trice obducuntur, imò verò nonnun-
quam letalia fiunt, si quando illi
membro illata sunt, cui Luna, ex
signo

sgno quod tunc inambulatur, dominatur: sic uti initio precedentis Centuria ex Ptolemæi Aphorismo confirmavimus.

- 4 Menecrates celebris epilepsia medicus, nunquam in publicum prodibat, nisi suis, quos curaverat stipatus, decorum habitum vestitis, & ipse purpura indutus, aurea corona decoratus, crepidatus, sceptrum demque in manibus, velut alter Iupiter gestas, Athenæus. Hic si etiam apoplexiam fortem curare scivisset, sane periculum fuisset, ne Iovem cælo deturbasset, & se in illius solium substituisset.
- 5 In trietericis Bacchi festis promiscue viri, baccharum, nymphaeum & herarum habitu, una cum mulieribus tripudiabant, Orphei theologicos hymnos canentes, & saltationes in noctem producentes, effusa utriusque sexus libidine. Unde perpetuo senatus consulto licentia illa, ut scribit

scribit Linnus, coercita fuit.

*Pollux sanguinem ferinum cum
lacte materno educationi canum tri-
buit. Et Xenophon dissyllabis nomē-
claturis canes appellandos censet, ut
celerius inter venandum suū quis-
que nomen accipiat. Adde ex eodē,
quod canes odoratu, ferarum vesti-
gia indagant, & persequuntur (nam
& odora canum vis, ut tradit Poē-
ta) homines verò oculis, quòd olfa-
ctum habeant omnium animantium
deterrimum, ut scribit Theophra-
stus.*

*Multa in concavo speculo inspi-
ciuntur ora, si secundum concavitatem
plures speculorum planorum por-
tiones accommodentur. Intuens au-
tem aliquis secundum speculorum
numerum ea facile numerare pote-
rit. Præterea speculum loco vno si-
nuosum, alio concavum, & in medio
planum, magnam imaginum diver-
sitate*

statem representat, maiorum, minorum, a dextra à sinistra, propius & remotius, Ex Vitellione.

- 8 Subest lingua catellorum nervus vermiculi effigiem præ se ferens, rotunda & tereti forma: qui si eximatur, eos à rabie immunes reddit, facitq; ut minimo latratu sint infesti, nec quenquam letali morfu impetant, Colum. & Plin.
- 9 Si porri caput acuta arundine, vel ligneo stylo pupugeris, & raporum, vel cucumerum semen in foramine occultaueris, adeò intumescet porri caput, ut prodigium videatur. His addere mihi licebit, quòd cinara absq; spinis & aculeis nascentur, ut Varro docet in Geop. si lapidis attritu semina conferenda retundantur. Sed de his alibi à nobis fuse & abundè scriptum est.
- 10 Aetites seu Aquilinus lapis sinistro brachio vel lateri appesus id beneficij

ficij pregnantibus adfert, vt foetum
contineat & abortum impediatur. A-
morem praterea inter virum & mu-
lierem conciliat. Et si difficilis ac la-
boriosus erit partus, femori adalliga-
tus facilem ac leuem reddet. sed sta-
tim post debet solui. Idem, vt tra-
dunt Chaldaei, si venenato cibo mi-
sceatur, prohibet ne degluriri possit.
Autores sunt Euax & Albertus.

Fel testudinis naribus epileptici 11
illitū in morbi paroxysmo, prostratos
statim erigere facit. Sūt qui ad fero-
cem hunc morbum expugnandum,
tres clauos in vigilia natalis B. Ioan.
Bapt. fabricatos, defigant in loco v-
bi epilepticus ceciderit, idq, tā pro-
fundē, vt non appareant, nuncupato
dum id fit patientis nomine. Quod
pro experto mihi traditum est.

Vt Keris temperies venationi est 12
aptissima, ita nulla magis aduersa
indagini ferarum, propter varios
florum

florum & herbarum vapores, qui nares canum imbuunt. Hyemis tempore idem contingit ob crassum aërem qui impedit ne facile hauriant odorem ferarum, nisi post meridiē, ut tradunt Xenophon, Plutarch. & Oppianus.

13 *Planta mercurialis mascula (nā in marem & fæminam discriminat) decoctum, vel succus diebus quatuor à primo purgationis die mulieribus bibitus, procreandi maris vim utero confert: Fæmina verò mercurialis, similis succus totidem diebus, pariq; modo assumptus, gignenda prolis fæmina vires suppeditat, si cessantibus mensuris & composito utero, vir & mulier debite congregiantur, & mutuo amplexu concalescant, Dioscor. & Plin.*

14 *Si ex cocculis ab oriente allatis, & ob id a nobis Cocque de leuant vocatis, cum cymino, caseo vetustissimo,*

fino, farina tritici & vino in spissamentum coactis, fermentur sphaerula magnitudinis pisi, & piscosis amnibus quiesca aqua, inijciantur, quotquot pisces degustabunt, earum illicio stupefacti, & velut inebriati ad ripas disilient, & ita manibus capi facile poterunt. Experientia multoties probatum.

Fōtes per magno s estus arentes & 15
exiccatos, puellarum virginū cantu restitui, autor est Bonifac. Simone-
ta Cardinalis: maximè si ad fontū crepidines & labia, rythmos & cantiones voce ac instrumentis suauiter canant. Quod si est, summum virginitatis peconium est. Sed in his, re vera, allegoriam subesse puto.

Sternutamentum in conceptu, & 16
oscitatio in partu noxia sunt, vt tradit Plinius. Et post congressum oscitare mulierem, firma plerunq, sunt cōceptus argumenta: sternutare vero,

rò, effluxum eius quod adhaesurum erat. Addam ex Plutarcho in gratiam xenophilorum, quòd vinum modicè bibendū est potius, quàm aquà diluendū: deperit enim infusa aquà.

17 Insigne rerum sympathia & consensus exemplum, in fidibus ci hara, aut testudinis elucet. Quarum si unam digito cōtreclaueris, confestim unisona alterius testudinis chorda illi correspondens, sua sponte mouetur, & festucam sibi impositam abijcit: Ex Boëtio, ut fusius infra explicabimus, si in mentem venerit.

18 Ignis ex rotunda vitri phiala, a qua plena & immobiliter Soli opposita, facile excitari potest. Cū enim directè Soli obijcitur, retrò in linea amphoram pertranscunte, obuium illi fomentum combustibile, ignem ex radijs multiplicatis & addensatis, leuiter concipit: non sine spectantium miraculo, qui ex aqua ignem
exci-

excitari vident. Ioan. Bapt. Porta.

Si illicò velis conuertere vinum ¹⁹
in acetum, proijce in illud sal cum pi-
pere & fermēto subacido confusum,
& id celerrimè præstabit. Si prope-
perantius perfici velis, laterem aut
chalybis partiē ignitā semel atq; ite-
rum in vas demerge: aut raphani
radices, vel immatura mēspila, cor-
na, mora, aut prunula. Idem etiam
præstabit violæ altilis, quæ nobis ca-
ryophyllata dici solet, flos spectatissi-
mus vino immissus. Ex eodem.

Erat apud veteres in more po- ²⁰
situm, vt corpora varijs colorib. tin-
gerent: partim adornatum, partim
ad terrorem, vt de Britannis præ-
liaturis scribit Cesar. Qui se glasto
herba inficiebant, quā Isatim Theo-
phrastus appellat, nos verò cum in-
fectōribus, Guedam. Sic apud Gra-
cos mulieres milto tangebantur, au-
tore Xenophonte.

Dion

- 21 *Dion Cassius scribit, Adrianum Imperatorem studio venandi ad insaniam usque & vitæ periculum flagrasse: adeo ut inter venandum effracto humero, crus penè attriuerit. In circo sepè centum Leones interficiendos dedit, & sepè manu sua Leonem occidit.*
- 22 *Ex semine brassicæ cùm inueterascit, aiunt nasci rapum, & contrà è raporum semine brassicam. Ad do quòd populi albæ cortex confus & stercoreatis sulcis disseminatus, edules anno toto fungos exhibet. Et si dulcis amygdala fructu seratur, fit amara & sapore ingrata: si plantetur, contrà. Ex Græcorum geoponic. & Plinio.*
- 23 *Bufones sese dilatantes & intumescentes, non solum venenum per urinam in plantas & fructus humi iacentes longius fundunt, sed etiam tabifica salina vicina quæq; vitiant.*

Qua

Qua duo, non minus mortifera sunt, quam napellus. Quare admirari non licet, si repente quandoque pereant, qui fraga, fungos, fructus & herbas hoc veneno infectas, & illot as comedunt: vel is dentes confricant, ut initio primæ Centuriæ ostendimus.

Lapis Lyncurij in carbones igni- 24
ros projectus illos extinguit, tantum abest ut ab illis insumatur. Nec id solum habet rari miraculi: sed si quis hanc gemmam panniculo obvoluit in eosdem carbones detruserit, non tantum illa, sed panniculus quoque illesus conservatur. Prodest etiam mulieribus in enixu. Autor Epiphanius.

Nulli venationis studio Roma- 25
nos vicerunt, apud quos illa usque ad deum inualuit, ut feras ab extremis Asia, Africa & Europæ sinibus in urbem accerferent, ut cadibus immanium ferarum assueti minus hominum

MEMORABILIVM

minum cruorem & vulnera perhorrescerent, si cum hostibus dimicandum esset. Plinius, Sueton. Spartia. Lamprid. & alij.

26 Tradit Posidonius in Asia & Africa tanta immanitatis serpentes nasci, ut cervos solidos & homines equo insidentes hauriant. Adde ex Plinio, Strabone & Solino, quòd Africa serpentibus adeò fecunda est, ut araturi praetis ocreis indutis, non alia ratione letales illorum morsus effugiant.

27 Experimento probatum habeo, inquit Lemnius, puerorum lumbricos uuarum passarum esu expugnari, si ieiunis absque ullo àlio edulio illas exhibeas. Nam ut amarulenta, ita dulcia affluenter hausta, vermibus sunt inimica: discendi enim ac rumpi illos contingit, suavioris edulij copia.

28 Raphanus infixis veratri albi radicibus

diculis, illarū viribus imbuitur: & si
crudus ita comeditur, eademq; hel-
leborus operatur. His liceat mihi
addere, quod Egyptiorum sacer-
dotes modica cicuta sorbitione se im-
punè castrabant, ut scribit D. Hie-
ron. Nec omittendum est quod Mi-
thridati hausta quotidie venena,
presumptis tamen remedijs, illi ex
consuetudine innoxia fuerunt: adeo
ut captus à Pompeio, se in carcerib.
veneno interimere nō potuerit. Plu-
nius.

Vulnera à venenatis animalibus 29
illata, si candenti ferro vruntur, ca-
lore eius virus infumitur. Res ea in
pestiferis bubonibus multis salutaris
fuit, sed atrox nimis & seuum est id
remedy genus: quod tamen multi
suo summo bono sustinuerunt & ex-
perti sunt.

Si plura diversi generis semina ce- 30
ra vel tenaci cuius materia in lon-

gitudinem tenuiter protensa incluse-
ris, & solo optimè stercorato ac seb-
acto commiseris, mirabilis ex ea con-
gerie pullulabit sepes. Regij olioris
hoc artificium & experimentum.

31 Alexander Magnus ceruorum
vitam longam posteritati testatam
esse cupiens, aureos torques plurimis
innecti iussit, expresso in illis tempo-
re quo id fiebat. Ex ijs qui post cen-
tum annos capti fuerunt, nondum
atatis senium pra se ferebant, Pli-
nius.

32 Lupini optimè feruntur in vinea-
rum mediuillio, vt omnem amaro-
rem de vitibus ad se alliciant, ceu sa-
miliarem. Quem nec deponunt, nec
edulcescunt, nisi vino vel aqua diu ac
multum macerentur, Theophrast.
Plin. & alij. Hinc ego nimirum lu-
pinina appellare soleo illorum inge-
nia, que nunquam emolliuntur ac
feritatem deponunt, nisi vino multo
diu

diu macerata & imbuta, vel, si manis, imbibita fuerint.

Helioabalus, Lampridio autore, 33 in viridario sue domus montem excavauit, in quo hybernas niues & glaciem ad aestus refrigeria conderet. Sic ante illum Nero aquam decoctam, vitroque in niue demissam refrigeravit, Plinius & Suetonius.

Sapphyrum coloris dilutioris in 34 adamantem conuertes, si scobe, seu limatura ferri obrutum, in vase fusorio tamdiu validissimo igni exponas, donec incandescat. Vbi perfectum admiserit colorem, & ab adamante plurimum fuerit mutatus, tum demum extrahetur, repolietur, ac annulo affabre inseretur. A quodam aurifabro acceptum.

Elephantos iuxta sensum huma- 35 num, intellectum habere, memoria pollere, siderum disciplinam seruare, imò vero Græcas literas scripissè,

I 3 'Pli-

Plinius ex Mutiano ter consule
 statum reliquit, ut etiam Plutar.
 36 Ventus aquilo nocte intempesta,
 vel crepusculo exortus, mox euane-
 scit, & stationem suam deserit: eo que
 fit ut exercitati nauta illi parum fi-
 dant, & navigationem non institu-
 ant, nisi triduanus sit. Auster con-
 trā, primi diei exortu spē fulcit nau-
 tis diuturnum fieri. Quod hoc
 proverbio confirmant Graci, Νότος
 πρῶτος, βορρῆς τρίτος.

37 Corium dextri calcanei vultu-
 ris dextro pedi podagra laborantiū,
 & sinistri sinistro impositum, dolores
 committigare fertur ac lenire. His
 addere absurdum nō erit, quod ora-
 culo quodam ostensum est, radicem
 cynosrhodi, vulgus esglantierum odo-
 ratum nuncupat, unicum & singu-
 lare esse remediū aduersus morsum
 canis rabidi, nisi Plinium & Gale-
 num abiurare velis.

Si

Si carnes quævis, dum adhuc ca- 38
lent, inter duas patinas suffocentur,
& mantili, ne quid exhalet, inmol-
nantur, venenatorū naturā subeunt.
Eadem etiam mala adferunt mor-
ticina carnes esitata: necnon eorum
animalium, quæ à venenatis, aut ra-
bidis bestijs icta vel demorsa fuerūt,
aut fulmine tacta interierunt, Lem-
nius.

Quædam animalia, re vera, in sa- 39
xis oriuntur, & in scopulis mariti-
mis radices, velut planta, iaciunt,
paulatimq; adulta mouentur ac sen-
tiunt, quæ si diuellas moriuntur. Id-
circo ζωόφυτα Aristot. appellat, Bu-
dæus & Gaza plant animalia.

Expertū est nostro tēpore, inquit 40
Alber. verum topasiū in aquam fer-
uentem demissum, illius astū & fer-
nozem adeo conspiciisse, ut statim
iniecta manu hinc abstrahi potue-
rit, absque vlla lesione. Quod

vnus ex socijs nostris, inquit, Parisius probauit.

- 41 Aurum vt reliqua metalla non offuscatur, nec fuligine obducitur, sed splendescit potius ac turgidum efficitur, maximè sincernum & non adulteratum. Nam auri porositas, mollities & raritas efficit, vt concepto imbibitioque vapore fuliginoso turgescat & fulgore afficiatur, Lemnius.
- 42 Gallina magnoperè perhorrescit accipitres, vt etiam si vocè audiat, tantisper dum incubat, oua vitentur, Plinio teste. Addo ex eodem, & Aliano ac Solino, quod vrsa trimestri spacio lateat, quo tempore cibo carens, manus solum elambit, vt supra monuimus.
- 43 Heraclides Ponticus tradit, Camicule exortum priscis summooperè obseruatum fuisse, adeò vt illinc coniecturam caperent, de anni statu, salubrisne

lubrisne, an pestiles futurus esset. Nā si obscurior, & veluti caliginosa oriebatur, cœlum pingue ac concretum esse significabat, & proinde grauem ac pestilentem fore annum. Si verò clara & pellucida emergebat, cœlum esse renue ac purum demonstrabat, & proinde salubre fore ac prosperū anni curriculum. Hanc stellam adeò metuebant antiqui, ut ei canem sacrificarent. Pro cane sidereo, inquit Ouid. canis hic imponitur aræ. Quāquam id factum putārim, quod huius astri emerſu, canes omnium maxime in rabiem agantur, & proinde simili victima luabatur.

Vnguentum ex oleo amygdalarum amararum, melle, radice lili, & cera, præstantissimum est rugis pro faciei abolendis, & lentiginibus, a facie liliq; cutis vitis emaculandis. Ad dam ex Arnaldo Villanouano, quod puluis coriandri cum melle mixtus

& super carbunculum positus, illum destruit, ut alibi diximus.

45 Ferunt Indi & Hyrcani tigrim animal esse tremendæ pernicitatis: totus enim foetus illius, qui semper numerosus est, ab insidiante rapitur e quo quàm maximè pernici, atque in recentem subinde transfertur. At ubi vacuum cubile foeta reperit, fertur odore præceps vestigans. Raptor fremitu bellucæ territus, unum e catulis abicit, tollit illa morsu, & pondere deposito ocyor acta remeat, iterumq; consequitur, donec in nauem ingresso, irrita ferit as sensit in lutore. Plin. & Philostratus.

46 Tradit Ioan. Langius medicus clarissimus se ab equitibus Comitis Palatini audiuisset, quòd vidissent in Austria hominem qui latratu, ac cursus pernicitate cum canibus contenderet, & cum illis in syluis illesus venaretur.

Si

Si iuuenum cernuorum tenerrima 47
 cornua dum adhuc lanuginosa cuti-
 cula operiuntur, in taleolas scindan-
 tur, & fictili noſo diligenter opercu-
 lato torrefacienda clibano cōmittan-
 tur, factus ex ijs puluis, addito pipe-
 re & myrrha, coli cruciatibus cum
 vino generoſo mirificè confert. Scri-
 bonius Largus.

Cū monachi quidam ſubinde 48
 agrotarent, nec mali cauſam intelli-
 gere poſſent, audierunt tandem à
 ruſtico operario, catum monaſterij
 ſepenumero cum ſerpente ludere.
 Qui poſtea communem illorum a-
 quam lambebat, aut cum eis dor-
 miebat. Non erat autem letale hoc
 venenū, quia letitia ſerpētis ex ludo,
 veneni vim remittebat, Pontettus.

Ex animalib. ſuperſcētant lepo- 49
 res & eque: ſunt qui ſcroſas & lyn-
 ces adiungant. Nonnunquam etiam
 mulier ſuperſcētat, vt Alcmena, que
 I 6 Iphi-

Iphicium concepit, iam *Hercule* gra-
uida.

50 *Confiliginis* radix *sunm* & *peco-*
rum omnium pesti, *presens* esse solet
remedium, necnon *pulmonarijs* eo-
rundem vitijs, *traiecta* tantum *au-*
ricula. *Bibitur* etia ex aqua, & *sub*
lingua assidue habetur in ore. *Pli-*
nii & *Columella*. *Putatur* multis
ea esse *planta*, qua *Gallorum* vulgo
Pomelea, quasi *pulmonea*, dicitur.
Alij *patam Leonis* esse contendit,
quod viderint rei *herbarie* *Ari-*
starchi.

51 *Thebith* philosophus *utriusq;* ma-
gie peritus, *tradit* ad *conciliandam*
alicuius stelle virtute *annulum* esse
constandum, quando *Luna* eandem
stellam in *medio caeli*, vel in *ascen-*
dente *constitutam*, *trino* aut *sextili*
aspectu feliciter *intuebitur*. Sed *ma-*
teria annuli esse debet ex *metallo*
huic stelle *dicato*, *subiecta* etiam nu-
her-

berba eidem stella ascripta.

Concauis speculis proprium est pe 52
des sursum, caput verò deorsum re-
presentare. Ceterum, si quis in pel-
nim aqua plenam sub Sole speculum
immerferit, ad parietum obiecta la-
tera veros iridis colores impressos
obseruabit. Sed puerilia hæc pueris
tractanda relinquo.

Si quis ex incuria, vel ignorantia 53
ouillos pedes, aut arietinos ederit, nõ
exempto vermiculo qui bisulcis illo-
rum ungulis adheret, confestim nau-
sea ac stomachi dolore afficietur, om-
niq; momento ad ructus & vomiti-
ones proritabitur. Nam coctioni
officit, ac ventriculo negocium exhi-
bet, Lemnius.

Hoc dolo vulpes vel lupos occi- 54
des. Carne suilla pingui, latitudine
palmi, recens tosta, soleas calceorum
inunge, dum è sylua domum versus
exis: & simul in vestigia, frustula
suillæ

suilli iecoris assi, melle intincta projice, ac felis cadaver à tergo trabe. Vbi fera in propinquo aderit vestigia ea consectans, tecum habe hominem qui sagittam excutiat, vel globulo excat a pulta eam transfigat. Ex quodam perito venationis.

55 Felibus imbricata asperitatis est lingua, ac lima similis, attenuansque lambendo cutem hominis. Quae causa etiam mansuefacta, ubi ad vicinum sanguinem pervenerit salina, inuitat ad rabiem. Plinius. Addo ex Alberto, quod abscisis pilis qui sunt circa os, feles audaciam perdunt. Quibus, ut leonibus, unguis hamati, & vaginis reconditi, periculosi sunt.

56 Sapphyrus verus aqua frigida intinctus & oculo circumductus, sordes ex illo secum excludit. Adhuc anthraces, ut alibi diximus, fugat & loco dimouet. Falsumque est omnino quod expulso & extincto vno anthra-

thrace, unà etiam virtutem omnem cum colore perdat saphyrus. Nam vidi unum, inquit Albertus, qui quatuor annorum interiecto spacio, duos anthraces expulerat.

Leonem senissimum animal, rotarum orbes circumacti, currusq; inanes, & gallinaceorum crista valdè terrent: sed omnium maximè ignes & radas expauescit, Plinius, Elianus, Orus Apollo.

Ne columba à felibus infestentur, ad fenestras atq; aditus omnes, & secundum plures columbarij regiones, ramulos ruta ponito, suspendit oque. Ruta siquidem vim quandam possidet feris aduersatricem, ut tradit Didimus in Geopon. Adde Africanus, quòd gallinam catus nunquã inuadet, qua sub alã rutam agrestem habuerit.

Mandragoram illam factitiam, qua ad omnes diuitiarũ prouectus ab impo-

impostoribus magno ere vendi solet,
ad hunc tibi comparabis modum:
Bryonia insignem radicem & bifidam, recentem, è terra vulsam, acuta scalpri acie, in virum aut feminam figura & sige, adiectis etiamnum genitilibus membris. Vbi absoluta erit, omnia pilorum loca stylo confige, ut caput, supercilia, mentum, & pudenda, ibique milij semina, vel quid aliud intrude, quod radículas proyiciat, & segetem faciat, que pilos imitetur. Posthac defossa scrobe illa tamdiu terrâ adobruet, donec corticem & quasi pelliculam quandam superinduerit, videbis monstruosum idolum, & quibus decet partibus pilosum, si affabre figuratum erit.

60 *Alfonsus Rex Castilia fertur distribuisse centena millia aureorum mathematicis qui hinc inde ex India, Arabia, Africa & alijs locis accersiti fuerant pro constructione astro-*

astronomicarum tabularum, qua hodie illius liberalitate omnium manibus teruntur, perpetuo tanti principis encomio.

Sambuci flores suo odore erucas ⁶¹ arcent ac tineas perimunt: & absinthium, ruta, menthastrum, abrotanum, satureia, inglandis folia, filix, lauan-dula vel pseudonardus, nigella, coriandrum viride, & psyllium, pulices ac cimices, modo culcivris & pulvinari imponantur: vel earundem plantarum decocto, solum cubiculi aspergatur. Experire si non credis.

Piscium carnes quovis modo ⁶² co-
cta, si dum adhuc calet humidis locis
diu asseruentur, eosdem pariter affectus
vescentibus, consimilemque perniciem
adferunt, qua a fungis creari solet:
tamen si noxa, non nisi duobus, tri-
busve diebus post, sese quandoque, pro-
dat. Non minus sunt vitanda ova
barba-

barbatuli piscis: nam si largius sumantur, adeo venenata sunt, ut magnum minentur periculum, Lemn.

63 Galbanum emollitum, & ex lineo panno anthraci pestifero coactum & appositum, si curabilis est, adeo illi adhaerebit, ut reuelli non possit, nisi radicatus eum extirpet. Si vero incurabilis erit, ne tantillum quidem adhaerecet. Arnaldus à Villanova.

64 Quamquam male olentia vuluis profint, & hystericas adiuuent, tamen auertenda sunt ab ijs mulieribus, quae epilepsia tentari solent. Nam paroxysmum illis excitant, ac astuare cogunt. Alexand. Aphrodis. & Avicenna.

65 Feles non cocunt parte posteriore, ut reliqua fore animantia, sed mas stat, femina vero subiacet more hominum & simiarum. Sunt in eo genere femina natura salaces. Itaque
mares

mares ad coitum voce querula allu-
 ciunt, cogunt, ac nisi pareant, infe-
 ctando ac verberando puniunt. hinc
 ille efferatus clamor: siue quòd semi-
 nis igneum feruorem foemina refo-
 mident, siue etiam quòd unguibus
 maris retinentis ledantur, Aristot.
 Plin. Alb. Nyphus. & alij.

Refert Aëtius quòd si coagulum 66
 catuli semel tantum ex aceto ede-
 rint hydrophobici, statim capiet eos
 cupiditas potus aquae, & ob id medi-
 camentum hoc miris laudibus ab eo
 commendatur.

Equorum asthma & spirandi dif- 67
 ficultas curabitur inserta pectori ra-
 dicula eius herba, quam veterinarij
 cosiliginem vocant. Aut radice e-
 iusdem naribus auriculae impacta:
 siquidem has in parteis omnis morbi
 vis, noxiumq; virus elicitur. Autor
 Pelagonius mulomedicus. Sunt q; vi-
 res easde tribuāt radiculis hellebori.

Ara.

- 68 *Aranearum multitudine, pestifera fore aetas indicatur. Et vernis ficus folijs, cornicis pedem adequantibus, tempestiva veris navigatio, Plutarchus. & Hosiodus.*
- 69 *Visi sunt in Austria gemelli qui obiectis tantum adianuas corporis lateribus, seras aperiebant. Visus etiam sapphyrus qui prima applicatione aciem oculorum ac visionem obtundebat. Autor Ioan. Langius.*
- 70 *Si è vitro solidiore & crasso parètur perspicilla, seu ocularia, in plures facies angulosas ita accommodata, ut anguli omnes metam habeant in medio, quæ visum disgreget, ex pluribus illis superficiebus sic dispositis, res vna apparebit multiplex. Adeò ut nūmus vnus aureus & simplex, decem, viginti, vel centum præ se ferat; pro angulorum & superficie turba. Quæ res tangentem mirè deludit, facitq; ut multo melius sit*

fit cum huiusmodi ocularibus per spicillis dare, quam accipere. Ex optiographis.

Sal marinus recens coctus, atque 71 à sordibus non ita pridem repurgatus, afferendis carnibus & piscibus minus est idoneus. Nam saluginosam saluam, & limosam quandam virginem rebus eo conspersis inducit, Lemnius.

Quidam ex socijs nostris, inquit 72 Albertus, mihi narrauit, Fridericū Imperatorem habuisse magnetem, qui non solum ferrum traheret, sed vice versa ferrum lapidem. Addit ille idem ex Aristotele, esse genus magnetis quod carnes hominis trahat.

Sicut ex felibus, inquit. Alianus, 73 mas est libidinosissimus, ita foetus amantissima est femina, propter quē Venericam maris consuetudinem auersatur. Cuius rei mas non ignarus, communem sobolem interimit. Hec autem

autem noui foetus desiderio permota, illius libidini denuò morem gerit;
Eliauus.

74 Homini à scorpionibus icto, remedio est cinis eorundem ex vino potus. Et rabidi canis morsum curari testantur multi, pilis eiusdem animalis exustis, & ex vino propinatis, *Plinius & Lemnius.*

75 Aues quæ semen hyoscyami ederint, præcipue quæ in gallinaceo habetur genere, nò multo post tempore pereunt, quemadmodum & pisces. Adde ex *Dioscoride* quod radice hyoscyami in aceto cocta, efficaciter dentes colluuntur in dolore. Cui subscribo, si à causa calida fuerit dolor.

60n. 76 *Carduus benedictus* contusus, & in vino cum axungia & triticea farina probe coctus ad unguenti consistentiam, præstans habetur remedium ad ulcera quacunque, etiam si processerint usque ad ossium denudatio-

dationem. Sed bis in die unctio fieri debet, suntq; prius eluenda vino vlcera, ad fordim absterfionem. Arnald. Villan.

Dum diuersaretur in Italia D. 77 Augustinus, sese audimisse perhibet, quasdam mulieres stabularias degustato caseo quopiam in iumenta à viatoribus conuersa fuisse, vt earum onera deferrent. Sic Prastantiy pater delibato casei veneno consopitus, diu ex animis iacuit, ex perrectisq; tandem sese caballum fuisse, ac onerarias clitellas & annonam militibus gestasse dixit. Quod verum fuisse compererunt.

Ab omni tetro odore feles abhor- 78 rere dicuntur: eamq; ob causam excrementa sua, prius scrobe facta, in terram occultant, Aliano autore. Plinius causam addit, ne odore muribus prodantur. Volaterranus, ne à prætereuntibus terantur. Vt vt fuerit, Pla-

Plutarchus scribit, odore unguentorum illos grauius vexari: & ut Caelio placet, perturbari ac furere. Ad dam quod Aloisius Mundella se obseruasse tradit, comitiali morbo illos etiam quandoque affici.

79 Experimentum Regij cuiusdam chirurgi aduersus chiragras & podagras. Habe manipulum arthemisiae, deferuefacto in oleo dulci oliuarum, donec decreseat ad tertias: eo dolentem locum inunge, senties breui tempore dolorem sedari.

80 Abinzoar medicus Arabs non illaudatus, ad morbum arquatam & icterum exhibebat pondus trium granorum hordei lapidis Bezoardici dissoluti in lacte vel aqua cucurbitae, aut rosarum. Quo remedio filium Haly regis a virulenta icterica aurigine liberauit. Porro quid sit lapis Bezoardicus exposuimus aphorismo 70. Centuriae primae, si bene memini.

Opti-

Optimum est in gangrena scarifi- 81
catione incisiones aqua salsa calenta
irrigare, ne sanguis incrassetur, sed
liquidior fiat: aut spongia, recente a-
qua salis, vel maris imbuta, easdem
abstergere & fomentare, Lemnius.
Optimum etiã fuerit, imò verò præ-
stantiss. in bubonibus & anthraci-
bus pestiferis idem fieri.

Materiam effingendis lapidibus 82
preciosis sic perstrues. Impletur vesti-
ca multis ouorum albuminibus si-
mul dilutis & agitata: tum demum
in feruentem aquam diu excoquen-
da committitur, & detracta, loco mi-
nimè puluerulento, tanto tēpore ex-
iccatur, donec vitri consistentiam
induisse videatur. Posthac in parti-
culas diuiditur, quæ paulò post aquis
quo visum erit colore intinctis, & sa-
turatis, iniiciuntur, vt ibi deferve-
ant, & colores propositos imbibant:
• croceum, si topasium habere voles, et

K croceum,

*erocum in aqua dissolueris: pyropū,
si brasily ramenta & scobem: & ita
de reliquis. Pulchrum sanè inuen-
tum & paratu facile, quod ab exper-
to accepi, & tibi commune esse vo-
lui, sed eo animo ne quem decipias.*

83 *Ad canis rabidi morsum, cancri
in patella deurruntur, ut puluerari
possint. Exhibetur cochlearis men-
sura cum puluere radice gentiane
ac thuris momento. Debet enim an-
tidotus ista frequenter iterari, & per
sesquimensum continuum assumi,
quò rabies & aqua pauor propulsa-
tur. Probatum audiui.*

84 *Aqua felibus vsque adeò est exi-
tialis, ut si in ea mergantur, & ili-
cò desiccari prohibeantur, vitā mor-
te uon raro commutent, Albertus.
Nā humiditas externa illorū natu-
ra aduersatur: p̄inde pedes etiā tin-
gere cauēt. Hinc emerfit illud, Catus
amat pisces, sed aquas intrare recu-
sat.*

Sma-

Smaragdus perelegans, inquit 85
Albertus, temporibus meis à Rege
Hungaria gestatus, dū venerca de-
sideria cum vxore expleret, in treis
parteis (quòd sit impatiēs libidinis)
fractus dissiijt. Res ea agrè suaderi
mibi potest, qui certò scio verū sma-
ragdum à quodam mihi familiari
sepenumerò gestatum, quo tempore
operam liberis cum vxore daret, ni-
hil prorsus detrimenti accepisse: sed
dum eidē morti vicine debita presta-
ret obsequia, extra sphenonem ul-
trò dissiijisse, nec ampliùs compa-
ruisse. Quod etiam mihi conti-
gisse constanter dico & profiteor,
dum agrotanti preceptori nostro
ORONTIO, qualē decebat operā
impendere, in extremo vita illius
actū. Dono autē acceperā smaragdu-
lū cum qui tū e sua capsula dissiijt,
in qua arctissimè clausus erat ab eo-
dē preceptore & amico. Qui illum

K 2

vicissim

*viciſſim acceperat ab excellentiſſ.
& doctiſſ. viro Alberto Pichio Cam
penſi. Sed de iſſ ſatis.*

86 *Sorices & glires ruinoſas edes de-
ſerere obſeruatum eſt, etiam trime-
ſtri ſpacio, antequam ſint collapsura.
Preſentiunt enim natura inſtinctu
contignationem & adium compagē
ſenſim diſſolui, illaſq; breuipeſſum i-
turas. Plinius & Lemnius.*

87 *Aduerſus calculum multi de
experientia magnificant puluerem
pellis lucij piſcis, cum aqua parietaria
ex vino albo hauſtam. Alij idē
pollicentur de pelle piſcis barbatuli,
& ſtillatitia aqua herba, quā argen-
tariam vocant.*

88 *Si è nare dextra ſuat ſanguis, di-
gitus auricularis manus dextra in-
curuandus eſt, ac totis viribus pre-
mendus: ſi è ſiniſtra, ſiniſter. Hoc
enim compreſſu ſiuxus reſtringi ſolet.
Populare eſt remediū & probatum.*

Cum

Cum primùm infantes ex utero 89
prodeunt, si prius quam aliquid gu-
stent, corallij scrupulum dimidium
diligenter tritum cum lacte nutritio
hauserint, nunquam epilepsiam in-
current. Arnaldus Villanovanus.

Accensis utrislibet cervorū cor- 90
nibus, odore illorum fugantur serpē-
tes, & comitiales deprehenduntur
morbi. Idem etiam præstat lapis ga-
gates incensus, suffitu suo; sed ne odor
dispergatur, stragulis circūdari de-
bet quisquis est. Nam tum, si epile-
psia est obnoxius, cadet, Dioscor. Ga-
len. Plin. Apuleius & alij.

Tridenti clariss. legis utriusque 91
doctor Baldus, inter ludendum cum
quodam suo catello, leniter in infe-
riori labro demorsus fuit. Qui cum
ignoraret eum rabie affectum esse,
quarto post mense rabidus factus, &
tandem hydrophobicus, nullo adiu-
tus medicamento, miserā obiit mor-

K 3 tem,

tem, Autor Andr. Matthiolus scis
in Dioscorid. Commentarijs. Quod
diligenter, obsecro, animadvertant
& obseruant qui catellos habent in
delitijs.

92 Scribonius Largus tradit, cervis
Sicilia (& fortasse alijs) sordes ena-
sci in angulo oculi versus nares, quas
venatores contra omne iobolorum
& venenatorum animalium virus,
ac pharmaca deleteria in capitis cin-
gulo deferant.

93 Feles auribus abscisis facilius do-
miremanent, quod aqua guttas &
stillicidia auriculis aperitis illaben-
tia, sustinere non possint, Albertus.
Castratur uterque sexus, & preci-
pue mares, ut mitiores & corpulenti
fiant, minusque euagentur ac domos
deserant.

94 Antoninus Caracalla Imperator,
Elio Spartiano teste, eos condem-
nare statuit, qui contra tertianas &
quarta-

quartanas febres reptantia & gesta-
mina colli vel brachiorum circum-
ferrent. Quibus tamen fidem nō de-
rogat Galenus, ut etiam amuletis,
modo naturali nitantur ratione, po-
tius quàm verbis incantatoris ma-
gorum & sicuti in peonia idem Ga-
lenus ostendit, cui suffragatur Theo-
phrastus.

Hydrargyrum, seu argentum vi- 95
num facile ac leuiter hūc in modum
congelabis. Liquefactum plumbum
& a scoria repurgatum in vasculuū
idoneum conycito, & vbi coagulari
addensarique occoeperit, fossulam li-
gno vel ferro confestim in eo impri-
mito, ac dicto citius, dum adhuc ca-
let, hydrargyrum ibidem conycito, &
optato fine potieris, sed non exacto
& postremo. Extractum itaque
in pila vel mortario contundes, de-
inde congelationem, ut prius, itera-
bis, ac toties reiterabis, donec durū

K 4 & mal-

et malleabile habueris. A quodam
chryſopæo, ut fertur, accepi.

96 Si spuma, aut salina rabiosi canis,
vel elephantici hominis, vlli parti
adhaerit, etiam citra morsum, no-
xam non leuem adfert: praesertim in
parte nervosa, vel arteriosa, nisi con-
festim salugine eluatur. Quod si
quis spiam a iam dictis demorsus fue-
rit, vrina impuberis, fomēti loco ad-
hibita, virus eliciet. Nec non ruta,
sal, ficus, vel brassica quae rubenti est
folio, unā cum melle et butyro suba-
cta, et affecto membro admo-
ta, sed intra corpus sumenda sunt interim
opportuna antidota. Ex Leuino
Lemnio.

97 Ferunt conchilia et ostrea tonitru
saiiente, margaritas quasi abortien-
do vomere, ob id multa in arena re-
periuntur. Quarum virtus experta
est et probata aduersus animi deli-
quia, fluxum lyentericum, et omniū
maxi-

maximè ad roborandos recreandó-
que spiritus, Dioscor.

Vbi pulices ac pediculi presentunt 98
corpora hominum emori ac tabesce-
re, omniq; membra sanguine & ca-
lore vitali sensim destitui, vel ea de-
ferunt, vel partes illas occupant, qui-
bus sanguis, calorq; nativus diutius
inheret. Cuiusmodi est lacuna circa
ventriculi orificium, vel qua mento
subest, ac vocali arterie incumbit: ut
à vespillonibus & libitinarijs obser-
natū est. Hæc anima emigrantis cer-
tissima sunt argumenta. Lemnius.

Ebuli folia cum vino cocta, arthri- 99
ricorum cruciatus valdè mitigant, si
dolenti loco admoveantur. Sunt qui
preferant, & miris laudibus extol-
lant succum expressum ex folijs ra-
dicibusque eiusdem, coctis in vino, &
butyro mensis Maij exceptum, ac vi-
ce linimenti affecto membro identi-
dem inunctum, nimirū ter, quatér-

K 5 ne in

ne in die. Ab experto hac didici.

100 Succinum, seu ambram hunc in modum finges & simulabis. Accipe crystallum in tenuissimum pollinem redactum, & onorum albumina, exclusis germinibus, tamdiu agitata & despumata, donec in aquam solvantur. Illis supradictum pulverem immisce, & coagita, addito momento croci subtiliter pulverati, si luteam ambram tibi comparare satagis. Tū demum omnia hæc in fistulam arundinaceam, vel intestinum aliquod, seu ampullam vitream injice, ac ferventi aquæ tantisper, cōmitte, dum solidam & duram consistentiam adeptam fuisse deprehendes. Extracta, super marmore expoli, & in quam visum erit formā effinge. Si sphaerulas precarias habere satagis, aut gladii capulum perfora antequam siccescant, postea Soli expone. Poteris pro concepto voto & arbitrio alios colores

colores miscere, & ita lapides preciosis affines, perbellè mentiri. Sed tum ante coctionem percolanda erit materia, vt corpus gemmae diaphanum sit, ac pellucidum. Ex secreto artificio cuiusdam ingeniosissimi amici mei.

K 6 ANTO-

ANTONII MI-
ZALDI MONLVCI-
ANI MEMORA-
BILIVM.

Centuria. VI.



D M I R A T I O N E M ac
fidem omnem superaret
quod anno 1539. accidit
in quodam pago ditionis
Episcopatus Eistettensis apud Ger-
manos Fugenstal nomine, nisi ocula-
ti & certa fidei testes spectaculo ad-
fuissent. In eo pago Ulrichus Neuss-
ser agricola, crudelibus dolorum tor-
mentis in altero hypochondriorum
excruciatus, subito clauum sibi illesa
cute manu deprehensum, facta inci-
sione à chirurgo detraxit. Nec tamē
dolores ob id cessabant, sed in dies
magis ac magis recrudescebāt. Qua-
re, cum nec aliud doloris remedium
fore

fore suspicaretur miser ille, quam mortem, arrepto cultello miserrimè sibi guttur abscidit. Itaque, dum tertio die mortuus, ad sepulchrum efferretur, aderant tum Eucharicus Rosenbader ex Vneiffenburg, Noricorum oppido, ac Ioannes ab Ettenstet chirurgi, qui astante magna hominum frequentia demortui agricole ventriculum inciderunt. In eo (res mira & prodigiosa) lignum teres & oblongū, quatuor ex chalybe cultri, partim acuti, partim serra instar dentati, ac duo ferramenta aspera reperta fuerunt: quorum singula spithami longitudinē excedebant. Aderat & capillorum inuolucrum globi instar. Credibile sanè est hæc in ventriculi cavitare congesta fuisse non alia arte, quam demonis astu, et dolo. Autor Ioan. Langius parte prima suarum Epistolarū medicinal. epistola 38. De prodigijs & prestigijs

stigijs demonum in morbis.

2 Si libram unam vini prestantissimi, & salem quantum manu prehendipotest, cum fece vini generosissimi chymicum & stillatorium organum miseris, & aquam ex ijs materijs manantem exceperis, omnium ardentissimam esse experieris. Ex quodam chymista acceptum tibi tra-

3 Capitale fuisse apud Aegyptios felem sponte, vel casu occidisse, Diodorus perpulchrâ demonstrat historiâ, suos oculos ac fidem in testimonium adducens, ne putetur esse fabula. Quâ etate Ptolemai, inquit, inita esset amicitia cum Romanis, & Romanorum quispiam præter voluntatem animi felem occidisset, Aegyptij facta impressione, eius domum agminatim obsederunt, eum ad penam poscentes, neglecta magnitudine Romani nominis, & amicitia re-

center

center inita memoria, idq̄, prastitiffent nisi Rex & praefecti regij cum presenti periculo subtraxissent, verius quam liberassent. Hac ille.

Auripuri & obryz. limatura in 4
electarijs idoneis deglutita, fertur cō
servare immunes ab elephātiāsi qui
ea utuntur. Et lamina ex auro im-
posita linguae illorum qui caufonis,
seu ardentis febris astu excrucian-
tur, febrilem ardorem refrigerat
Langius.

Cum gravi morbo decumberet A- 5
ristoteles, medico suo multa vetanti,
& non pauca citra morbi causam
edicens, fertur scite respondisse: Ne
me cures ut bubulcum & fossorem,
sed prius ediffere, & ita me praeceptis
tuis facile morigerum reddideris,
Aelianus & Polybius.

Antidotus reddens sumentē tuū 6
à peste & venenis, accipit baccarū
iunipe-

iniperi drachmas duas, terra Lem-
nia vera tantundem & obolos insu-
per duos seu scrupulum unum. Vbi
in puluerem redegeris, melle exce-
pta, in vase mundo ad usum reserva-
bis. Dabis ex aque mulsæ cyathis
duobus seu uncijis tribus, quantū est
auellana. Hac antidoto Rex Nico-
medes utebatur, si quando suspectos
habuisset, qui eum inuitarant. Nam
si nullum subsit venenum, quæta ma-
net: si adsit, nauseam cõcit, & vo-
mere cogit, ita ut venenum quoque
cum antidoto eijciatur.

7 Testudo viperæ morsu saucia, cu-
nile pastu, quam syluestre origanum
appellant, opem sibi adfert medicã.
Et vrsa cum somnifera mandrago-
ra poma degustarunt, formicas mel-
le contritas lambunt. Plinius & A-
ristoteles.

8 Antiocho Regi cognomento So-
teri, ostensum fuit in somnis signacu-
lum

lum sub figura triplicis pentagoni ex
 divina reuelatione. Quo cum utere-
 tur in vestibus militum pro bellica
 tessera, de Galathis insperatam ad-
 eptus est victoriam. Sic Judas Ma-
 chabeus accepto ab Angelo sacri te-
 tragrammatis signaculo, Antio-
 chum Eupatorem feliciter prostra-
 nit. Et Constantinus ille magnus pra-
 nio crucis caractere, Maxentium
 tyrannum apud pontem Miluium
 debellauit. Autor Eusebius.

Si aris ramenta aqua forti dissoluā- 9
 tur, & in ea ferrum tingatur, aris co-
 lorem induet, modo fuerit defeca-
 tum & mundum. Prætereà si argē-
 tum viuum sublimatum digitis per-
 tractetur, & mox argētea vasa, vel
 numismata iisdem manibus versen-
 tur, & circumducantur, ita inficien-
 tur, vt adulterina ac falsa esse vi-
 deantur, Bapt. Porta.

Sal in aqua eliquatus, aut loco eius 10
 maria,

muria, presentanea vi dolorem cum
 feruore ambustis mitigat: siue is fue-
 rit ex puluere bombardico, vel oleo,
 pice, aqua fernida, prunis, ferro can-
 dente, aut aliunde. Presertim, si te-
 nui linteolo salfugine imbuto partes
 prausta foueantur, relicto ibidem lin-
 teolo. Valet etiam plurimum ad id
 remedijs salfugo incumbens butyro sa-
 lem experto, fomenti loco adhibita.
 Autor Lemnius.

- 11 Si volueris scire an debeat libera-
 ri qui pestilenti anthrace corripitur,
 exhibe ei paululum selecta theriaca
 cum vino albo, si non febricitet: ea-
 demq; theriaca anthracem inunge.
 Si ilico aduritur & fixa manet, ni-
 hil hinc subleuato agrotante, pesti-
 mum erit signum. Si contra, & leua-
 men sentit, optimum. Arnaldus Vil-
 lanonanus.
- 12 Lampyrides, quae & nitedulae &
 • cicindulae vocantur, vitro vasculo,
 quod

quod diligēter opertum sit, immisse,
 & fimo equino dies aliquot obruta,
 in liquorem solvantur, qui cū equali
 portione hydrargyri, ut decet, purga-
 ri, vitrea phiala pellucida & munda
 inclusus, medysque adium laqueari-
 bus appensus, tantum lucis refundet,
 quantum sub lustrinocte Diana. Pu-
 to ex magia naturali Ioan. Baptista
 Neapolit. decerpium.

De Iaspide expertum est quod 13
 sanguinis fluores cohibet : aiunt etiā
 partum iuuare, ac gestantem castū
 reddere, & cor exbilarare. Sic ga-
 gates hydropicis confert, fluidos den-
 tes firmat, & suffitu per inferna à
 mulieribus exceptus, vel etiam impo-
 situs, menstrua pronocat. Albertus.

Canis rabiosi qui hominem momor 14
 derit dentes in corio ligati & armo su-
 spensi, defendunt gestantem à morfi-
 bus rabiosi canis, Dioscorides. Ad-
 do quod quadam est species tele-
 ara-

aranae spisse & candida, quam si humero suspenderis, à quartanis defendet, ut tradit Albertus. His attendendum erit, quòd quidam collo suspendunt radices oxalidis cōtra scrofulas, necnon arnoglossi, successu sanequam probato.

15 Serpentes per somnium interimere, victoriam significat: vela videre, malum: dentes omnes habere sanguinolentos, mortem somniantis: dentes extrahi, mortem alterius: aues intrare domum, iacturam: flere, gaudium, nummos tractare, iram: mortuos videre equos, felicem rerū eventum. Ex Artemidoro, & alijs.

16 Fascini sola organa non sunt oculi, sed & vox & quorundam hominum maledica lingua. Nam reperiuntur in Africa, Gellio autore, hominum familia, quae si impensius fortè laudauerint pulchras arbores, segetes letiores, infantes amœniores, egregios equos,

equos, pecudes cultu & pastu opimas, hac omnia tabescant & emoriantur, nulli interea mortis cause obnoxia. Vnde inoleuit consuetudo, ut quidpiam laudaturi, ne verba nostra obsint, bene ominando addamus, ut Deus id conseruet. Autor Aristot. in problem.

Goritienses muliercula, inquit 17 Matthiolus, egre parturientibus ultimo remedio argentum viuum potandum præbent scrupuli pondere. Nec desunt qui ad interim edas aluineas illud etiam puellis propinet ad duorum granorum milij quantitatem, citra ullam molestiam, modo prius debite perpuratum fuerit.

Lithanthrax, seu lapideus carbo 18 fossilis mixto oleo emollixi potest. Quo si viticula suas illinant vires, interficientur vermes qui illarum oculos ac gemmas prerodunt, Autor Senerinus Gæbelius.

Car-

- 19 Carbunculis & bubombis, alijsque pestiferis tumoribus, ruta contra sa percommode adhibetur, ex acris, falsoque fermento, una cum ficibus, cantharidibus, cepa & scilla tostis, adhibitaque, vina calce, sapone, ammoniaco & theriacis momento. Hoc emplastrum parti affecta admotum, delutescentes tumores ilico perumpit: sed roborato prius corde. Lemnius, assentiente experientia.
- 20 Si salem ammoniacum & oui cortices simul trituraueris & ex ijs aquam chymico organo exceperis, in eaque es ignitum extinxeris, mira suscipiet albedinem. Adde quod ex antimonio extractum hydrargyri, seu vizum argentum, es exime dealbat, si super eo projiciatur, vel defricetur. Quod non facit fossile & metallicum, a Plinio vomica perpetui liquoris nuncupatum.
- 21 Ab ambusta quaque summi prod est

dest linimentum factum ex smegmate seu sapone vulgari cum melle & butyro. Adhac aqua decoctionis raporum, quae paulo efficacior erit, si nonnihil calcis vine in illam lixiui modo dissoluas, & per vasis inclinationem excipias: sic enim absque morfu desiccatur & ardorem compefcit.

Si pinguedine, vel cera liquefacta, 22
Et, ouum, ferrum, aut silicem obduxeris, & quidquid volēs desuper scripseris, vel insculpseris, ita ut subiectum corpus attingat, deinde in acetum acerrimum pernoctare dimiseris, scriptum ac calatum inuenies, quidquid apertū, & aceto pernitū fuit, sunt qui addant salē & aruginē. Sed puerilia haec, ut multa alia, pueris tractanda relinuemus.

Azurum ut vocant transmari- 23
num sic ementieris. Accipe vnc. vna
argenti calcinati cum aqua fortis
salis

*salis ammoniaci drachmas duas cū
semisse, & aceti q. s. misceantur, &
tamdiu quiescant, donec materia in
fundo subsidat. Deinde ubi acetū su-
pereminebit, sensim auferatur, & ma-
teria ad fundū relicta in vitrea cu-
cubita probè obturata, per dies
xxv. sub simo equino sepeliatur, &
habebis caruleum, vel azurum In-
dicum & transmarmum pulcherri-
mum. Ex antiquissimo libro manu
descripto.*

24 *Aliquis rubetam defixè aspiciens
utcunque optimè coloratus, pallore
tanquam ictericus afficitur. Et rur-
sus aspiciens charadrum seu galgu-
lum (de quo aphorismo 1. Centuria
3.) liberatur. Autor Philles. Addo
quòdamoscho vreteri inserto, dysu-
rias curari tradit Galenus.*

25 *Adamas, qui etiam incudes, Pli-
nio teste, respuit, mollescere ac solui
fertur sanguine calido hirci: modo
ali-*

aliquandiu antè vinum biberit, ac petroselinum, vel montanum siler, comederit. Caterū sanguis huiusmodi ad conterendum in vesica lapidem, valdè efficax habetur. Alb.

Semen agrestis croci manu tritum, vel collo suspensum, plurimum pollet aduersus ictum scorpionum. Inquam rem etiam prodesse aiunt radicem lauri & ireos. Sic peonie radix, præsertim mascula, collo epileptici pueri appensa, ei valdè commodat: similiter & pyretrum, & pilus canis ex toto nigri, Lemnius.

Monachos videre inter somniantem, mortem vel calamitatem portendit: pingues videre boues, rerum abundantiam: oculum vel dentem amittere, amici, aut affinis alicuius mortem, vel infortunium: mutū esse, celerem lætitiā: boues arare, lucrū: eosdem aquas ingredi, malum, Artemidorus.

L Her-

- 28 *Herbam quam alyssum vocant, alij in manus accipientes, alij solum aspicientes, à singulis liberantur, ut tradit Plutarchus. Fertur eadem ouillo & caprillo pecori salutaris esse, prope caulas & septa eorum confisa. Valet etiam certo experimento aduersus canum rabiem, & ob id Galeno & Aërio teste, ἀλύσση, id est rabie, alyssum nominatur.*
- 29 *Novi mulierem, inquit Andr. Matthiolus, quotidie ferè per annos multos vulvae strangulationi, obnoxiam, qua ex illo morbo optimè conualuit hauriendo semel per hebdomadam sub lecti ingressum, vinum album in quo uncia radice bryonia effervisset. Et hoc medicamento per annum integrum usa, hinc nihil amplius incommodi sensit.*
- 30 *Leporum caro, omniumq; animalium oblongas auriculas habentium, sanguinem gignit melancholicum, ut Galeno*

Galeno placet. Adde quòd cerebro leporis peruncta paruulorum gingiue faciliùs dentes emittunt: & quòd leporum cibo somnolentos fieri Cato arbitratur: censetq; vulgus, sed ioco frivolo, hinc corpori gratiam ac venustatem totos dies septem conciliari, vt ex Martialis epigrammate constat.

Iosephus gloriatur se presente Vespasiano Imperat. & eius filijs ac tribunis, vidisse in exercitu Eleazarù Iudaice factionis sacerdotem, applicuisse naribus cuiusdam à demone obsessi, anulum cuius signaculo radix à Salomone reperta subdita erat (multi putant, sed falso, eã esse qua hodiè sigillum Salomonis nuncupatur) & demonem per naves odorantis extraxisse. Qui cum repente in terram concidisset, cantico conurationis Solomonis, idem Eleazarus demonium proscripsit.

L 2 Si

32 Si argenti pusillū forti aqua dissolueris, eiq̄ tantum salis ammoniaci & tartari dilueris, ut strigenti crassamentum induat: deinde ex ea materia orbiculos seu sphaulas formaueris, siccaueris, & cum illis as, cuprum, vel quid aliud simile, crebra digitorum contrectatione, & salina complexu defricueris, audebit ad argenti decus aspirare superbū. Sed materia ad hunc modum argentata, ab acribus, ut aceto, lotio, succo limonum & similibus defendenda sunt, ne prodatur fucus, & color vaneſcat. Acceptum fero cuiusdam Picardo, multis rerum experimentis celebri.

33 Pelles ex ijs animalibus detracta quae in frigidis regionibus degunt, suffulciendis tegumentis multo praestantiores habentur ijs quae paratae sunt ex animalibus in calidis regionibus versantibus. Nam pilorum defluuium

fluuium contracta cute & addensata non patiuntur nec agnoscunt. Lemnius.

Dum pestis grassaretur in Syria, 34 multi; ut tradit Galen. epota pueri urina liberati sibi visi sunt. Sic plerique, ut scribit Gesnerus, puluere rubeta arida, aut bufonis, pestilenti buboni imposito, venenum mirè extraxerunt. Aliyanam vinam eidem apposuerunt; & si interibat, aliam supposuerunt, idq; toties repetuerunt, donec superstitem unã remansisse viderunt, felici successu & remedio. Quemadmodum in nostris contra pestem auxilijs ostendimus.

Febricitantis caput, & maximè 35 paruulorum, lacte mulieris sepius inunctum, valde inuatur. Et si quis ventris profluum patitur, os hominis collo appensum ferat. Scriptum est præterea à Plinio, si benè memini, tertianas, quartanasq; febres sanari

L 3 nari

*nari menstruo muliebri in lana arie-
tis nigri, argenteo brachiali in cliso.*

36 *Si panis in olibanum mittendo in-
serueris nucem viuo sulphure, sale
petrae, & hydrargyro oppletam, ac
diligenter clausam, ubi incaluerit,
videbis panem ita salire ut incun-
dum ac plausibile spectaculum praesentibus omnibus exhibeat. Re eam
ab experto accepi.*

37 *Proditum est felem, Luna (cuius
sideris beneficio naturae pars multa
constat) notas & imaginem quan-
dam, praesertim in oculis referre. In
quibus ad quotidiana luminum Lu-
nae incrementa, decrementa quoque, auge-
ri pupulas ac minui constat: adhaec
in tenebris, sideris lunaris modo ful-
gere: & quod maximum est, fertile
ac vegetabilem Luna naturam fecun-
ditate sua adaequare. Marcell.
Vergil. in Dioscor.*

38 *Aduersus quartanam, accipe v-
nuer-*

niuersum lotium quod laborans vna vice reddiderit accessionis tempore: & cum eo farinam pinse, coque, & cani famelico exhibe. Vbi id ter repetueris, sanabitur patiens, ac pro illo canis laborabit. Sed pro masculino egrotante, masculus canis, pro femina vero, eiusdem sexus eligi debet. De frequenti cuiusdam Itali experimento, ut dicebat.

Ossiū humanorū puluis ex vino 39 rubro astringēte dysentericis ppinatus, sanguinolentū fluxū cohibet. Et fruticulus seu virgultū quod viscum appellāt, maximē in quercu & ilice natum, comitiali morbo vi mirificam edet. puluisculo suo ex meracissimo vino asūpto. Quod multis experimentis sibi probatū esse scribit Len. Lē. medicus & philosophus prestāris.

Aquile per somniū supra caput 40 volantes, infortunia protendūt: suā
K 4 faciem

faciem in aqua contemplari, vitam longam: apes sectari, lucrum: nuptijs interesse, aliquem ex affinibus à vita migrasse: Deum adorare, letitiam: speculum contueri, sobolem: oleo perfundi, gaudium. Michael Scotus, Artemidorus, & alij.

41 Ludovicus Vives scribit memoriâ patrum suorum sepulchrum erutum fuisse, in quo lucerna ardens inuenta fuit, ibidem condita, ut inscriptio testabatur, ante annos 1500. Ea ut manibus contrectata fuit, exemplo in pulverem resoluta est. Hac Ioan. Langius.

42 Equos & mulos rabie affici, perinde atq; canes, lupos & vulpes, auctores sunt Aristot. & Auicenna. Sed in prioribus raro contingit, nisi à rabidis animalibus demorsi fuerint. Caterum, hic admonende mihi sunt matrone diuites, ne suis catellis, quos in maioribus habent deliis quam pro-

proprios liberos, cibū, in sculūm ue pi-
peratum, aut liberatum exhi-
beant. Nam cum hæc caliditatis, sic-
citatīsq; modum excedant, eadem
ratione qua ingens æstus & feruor,
illos rabidos efficere possunt. quod o-
biter dictum sit.

Clysterium vsus apud Egyptios 43
adeo frequens erat, teste Herodoto,
ut singulis mensibus triduo purga-
rent se vomendo, atque intestina di-
luendo, sanitatis gratia, quod etiam
à Diodoro Siculo traditum est.

Alexander Trallianus, à Mes. 44
uē per antonomasiam Medicus vo-
catus, asserit imaginē Herculis Leo-
nem suffocantis annulo inclusam, co-
licis (forte cholericis) mederi. Sic
aduersus cruciatum dentium, M.
Varro hæc verba collo appendi in-
bet, strigiles falcesq; dentata, dentiū
dolorē persanate. Sed hæc ridicula
omittimus ut meliora sequamur.

L 5 Placet

- 45 Placet Museo poeta antiquissimo, quod amoris fundamenta iaciunt oculi, præcipui ad amandū illic. Vnde ex aspectu amorē nasci dixit Diogenianus. Et pastor Vergilianus inclamat, ut vidi, ut perij, &c. nā in incognitū non fertur amor. Ex quo mirandū videtur Iuuenalis illud de quodam amante, qui nunquā vise flagrabat amore puellæ. Rectè itaque scriptum est, Cupidinem in oculis excubare, & illinc sua tela ac faces iaculari, quibus misera amantiū precordia ledat & urat.
- 46 Si nimio colore tingatur aurum, & ob id quidpiam ex illo detrahere satavis, in vrina aliquot dies demersum, super cadente ferri lamina, semel atque iterum versa, ac ibi perfrigerari dimittè. Ex quodam auri-fabro & chrysopeo ingeniosissimo.
- 47 Pelles ex quibus in hybernos vsus tegumenta conficimus, æstiuis mensibus

bus ut paulo antè dicebamus, vll flante austro detracta ab animalibus, pilos habens defluos, & blattis ac tineis, necnon putredini maximè opportunos. Inconsultè itaque faciant, qui vigente austro, vestes, lectos & lancam suppellectilem acri exponunt ac ventilant: quum id potius fieri debeat flante aquilone vel subfolano. Nam hi rara densant, & corpora queque à putredine vindicant. Ille contra, densa relaxat & corruptioni obnoxia reddit.

Si calchantum (vitriolum & cop- 48
parosa vulgo dictum) in aqua rosarum dissoluatur, & rursus iteratis tribus vel quatuor vicibus cogatur, deturq; oboli pondere obsesso a peste, vomitum concitabit, qui contagionem ac morbū soluet. Valebit etiam in eum vsus ac sanè quàm efficax erit antimony calcinati, vnum aiterumue grani pondus, p corporū mo

L 6 dulo

culo & viribus. Sed ritè calcinatum esse oportet: quale ad me misit superiore anno ex Bohemia, insignis medicus, & mathematicus incomparabilis D. Thaddæus Hageccius, unà cum metoposcopicis aphorismis, & mathematicis aliquot libellis à se haud ita pridem editis. Pro quibus, publica ista commemoratio gratiam tantisper apud eum demereri postulat, dum referendi opportunum dabitur tempus.

49 Semen ex prima fœtura paonia mascule, nigricans & orbiculare (nã angulosum & rubicundulum inefficax habetur) epilepticos summè recreat, si quidpiam triti sumatur cū oxymelite scillitico, & syrupo de stœchade, ac pauxillo nucis muscate. quod verissimum esse testatur Lemnius.

50 Tradunt stercora murium cum cineribus muscarum & ancillarum, addi-

addito rosaceo & pauco aceto, locū
glabrum pilis egregie vestire. Ad-
hac urticam viridem horis xxiiij. in
lotio decumbentis maceratam, eius
salutem presagire, si ibidem viridis
perstat: sin contrā, mortem vel in-
gens periculum.

Porrū cum sale tritum, & fra- 51
ctis, luxatisque membris appositum,
illa plurimum inuare fertur. Et
sanguis gallinacei galli siccatus, pul-
ueratus & vino aqua diluto mixtus,
aquam supernatare cogit. Ex rela-
tione ingeniosi monachi.

Pontem fractum inter somnian- 52
dum transire, timoris presagium est:
capillitio caput priuari, amicorum
mortem significat: manus mundare,
molestiam: easdem sordidas videre,
damnum & periculum: agnos pasce-
re, dolorem: muscas captare, inin-
riam.

Tradit Alexander Neapolit. 53
mulie-

mulierem Venetam acum crinalem
qua cyrri capillorum intorquetur,
quatuor digitorū longitudine (quā
obdormiscens glutinera ore conten-
tam) decimo tandem mense emin-
xisse. Altera in gynecio ducis Iulia-
censis virgo, dum se adornaret, per-
territa clandestino ducis aduētū &
ingressū, quinque acus ore mordicus
detentas inde deglutit. & per vri-
nā, dies aliquot post, illesa reddidit,
vt aphorismo tertio Centuria prima
scripsimus.

54 Si experiri voles an mulier sit gra-
uida, fac vt lotium reddat in vase æ-
neo, & noctem vnā acum ferream
& perpolitam in illud demerge. Si
pregnans erit, maculis rubris distin-
guetur: sin minus, nigrescet, vel fer-
ruginea, aut eruginosa euadet. Ex-
pertum fuisse intellexi.

55 Campas hortenses, que chenille no-
bis vocantur, fugabis & euinces, vt
scribis

scribit Palladius, si fasciculos alij sine capiibus per omne horti spatium combusseris, & nidorem locis pluribus excitaueris. Si vero vitibus consulere volueris, alio trito falces putatorias inunge. Subscribunt Palladio Democritus & Africanus in Geopon.

Si verus lapis atites, in aquilarū nido repertus, femori parturientium admoneatur interna parte non procul à pube, expeditum faciliemque partum illis procurabit, nulla propemodū enitendi difficultate. Quod se expertum fuisse in quadam heroina tradit Leuin. Lemnius. Et nos aphorif. 10. Ceturia quinta id ipsum proposuimus, & repetere non grauamur.

Mirandum est felem, seu alurum marem, ut Horo placet Apollini, Solis vices sentire, mutareq; pupillas oculorum sideris cursu: siquidem diluc-

diluculo in exortu protenduntur, eadem meridie contrahuntur in orbē, & occasu Solis obscuriores hebetescunt.

58 Si aurum à suo colore degenerauerit, sic illud emendabis ac reparabis. Ex sale ammoniaco, calchanto, nitro, & laterculorum puluere, fac cū urina spissamentum, & eo obductum, opertumq̄, aurum lento igni impone. Idem fiet ac multo lenius, si cum sale ammoniaco, erugine & tartaro, tamdiu in aceto ferueat aurum, donec deperditum colorem recuperet. Gratis mihi nequaquam acceptum, tibi tamen gratis, ut alia multa, exhibeo.

59 Orpheus in libello de Lapidibus iubet sponsum ceruinum cornu gestare, sic enim perpetuam ei cum sponsa futurā concordiam pollicetur. Adde quòd si cerui pellis & pedes dextri affigantur porta, prohibent ingressum

gressum cuiuslibet animalis venenosi, Galenus. Sic boues & equi aliquo non prementur morbo, si illis cornu ceruinum appenderis, Absyrus.

Nonnulli elephantiasi ac lepra 60 inquinati morbum vicerunt, frequentiter ranarum palustrium usu: nimirum mitigato sanguinis feruore, ac melancholica adustione emendata. Quod de ranis intellige qua saliant, & non repunt, aut lente progrediuntur, nam venenatae sunt.

Ammoniacum sal tritum & a 61 qua mistum literas albas & à papyri colore nihil distantes reddit: sed si igni admoeris, nigrescent. Ad hunc modum aluminis puluere scripta non apparent, nisi chartam, dum voles legere, in aquam demerferis. A scribendum, ut puto, Bapt. à Porta.

Quidam medici admiscunt sperma ceti (holosanthon plerique nuncupant) his medicamentis qua dari solent
pra-

MEMORABILIVM

precipitatis ex alto, aut casu grauiore concusis: ad dissoluendos sanguinis grumos & rupta consolidanda, ad hunc modum. Accipe mumie, tormentille, oculorum cancri, rha-pontici, ana drachmam unam, sper-matis ceti (seu balena) scrupulum unum, misce, fiat puluis, cuius drachma ex vino bibatur. Autor Vnolph-gangus Mercurus Lipsësis medicus.

63 Nigidius scriptum reliquit canes tota die conspectum eius fugere, qui è sue vicinum euulsam & adalligatum gestauerit, Autor Plinius. Qui etiam tradit canis latratum auerit, lingua canis in calceo pollicis subdita.

64 Si vis scire an triticum anno quo-piam vilescet, necne, & qua parte anni, quibusue mensibus id fiet, Ca-lendis Ianuarij xij. grana tritici sorte elige, foculum verre & ignem, in eo accende. Deinde puella, vel puel-lum è domesticis, aut vicinis accerse,

&

Et inbe ut granum unū super emundatum & calidum foculi solum imponat. Id ubi factum erit, observa diligenter, an maneat, dissiliatue. Si manet, precium mansurum pronuncia: si parum resilit, parum: si verò multum, plurimum vilescere tibi persuade. Si ignem versus fertur, carius erit primo mense: magis, minus, pro maiore aut minore accessu ad ignem. Secundum granum, de secundo mense, nimirum Februario, quo dictum est modo presagiet, & ita de reliquis tibi iudicandum erit. Ex quodam libro antiquis, quod etiam Baptistam a Porta, adnotasse arbitror: audioq, a nonnullis expertū esse.

Si aqua distillationis cerasiorum 65 non multo ante ex arbore decerptorum, vi mediocris ignis extracta, in os epileptici mittatur, quoties eum paroxysmo corripit cōtingerit, impetu morbi violentis, inhibebit. Dosis erūt drachma

MEMORABILIVM

drachmæ quatuor, ut scribit Ioan. Manardus multorum experimento id edoctus.

66 *Lini semen radicibus raphani immisum, & mox terre optimè sterco-
ratae mandatum, plantam draconi
similem producit. Cuius gustus ace-
tum ac sale[m] præ se fert, & ob id mi-
rè expeitur in acetarijs. Nam ea
presente, nec aceto, nec sale opus est:
quemadmodum mihi retulit regio-
rum hortorum præfectus quidam.*

67 *Corallium berberiorum succo, ut
vniões aceto, colliquefcit. De cuius
liquore cochlear assumptum, dysen-
teriam curat. Vtrunque astringit &
refrigerat, sanguinis excreationes
coërcet, & stomachum laxum, lan-
guidumq; roborat, ut Dioscor. Gale-
nus & medici omnes restantur.*

68 *Inter canes nulla est cibi societas:
nam inter se non secus ob os quodpiã
digladiantur, quàm propter Hele-
nam*

nam Paris & Menelaus. Solos vero Memphiticos in medium rapinas proponere aiunt, & communiter vivere, *Alianus.*

Sanguis ex quacunque parte corporis immodice fluens ilico sistitur, si subtili & raro bombace inuolutum stercus suillum adhuc calens, in nares, pudendum muliebre, aut locum alium sanguine manantem intrudatur. Quod rusticis, potius quam aulicis, scriptum erit, ut similes habeant labra lactucas.

Experimento certissimo comprobatur est bituminis suffitum, siue crudum sit, siue uratur, mulieres vero utero strangulatas extrorsum renocari. Quamobrem nonnulli hoc morbo obnoxie, lana exceptum illud collo appendunt: ut crebro olfactu suffocationis paroxysmum arceat, *Langius.*

Tradunt *Aristoteles* & *Auicenna*, ex orbiculari breuique, uno marem gigni

gigni & excludi: ex oblongo verò & acuto, fœminâ. Si autem voles ova incubari absque gallina, tepido fimo illa sepeli, ita ut turbinatior pars sursum vergat, quintoq̄, vel sexto quoque die, novum substitue fimum, quod gallina calorem suo tepore imitetur. Sed meminisse oportet quod inmerenda erunt ova, donec excludantur pulli gallina mox committendi. Sunt qui repente clubano id ipsum perficiant, substratis gallinarum plumis, unâ cum earundem fimo pulverato.

72 Lapis alectorius è ventriculo castrati galli, seu capi exemptus faba magnitudine, robur virile in geniali thoro adauget fortitudinemq̄ & in rebus aggrediendis confidentiâ adfert. Viris prætereâ fauorem conciliat, & gestantes gratiosos reddit apud mulieres, Lemnius.

73 Franciscus Marchio Mantua, .
com-

comprehensam habens vocem, ita
canem instruxerat, ut in vocandis
quos vellet ex curialibus eò facile v-
teretur, non secùs quàm optimi fa-
mulì ministerio. Autor Blondus.
Addã ex Xenophonte, quòd si ca-
nes excidantur, cessant à relinquen-
dis heris, nec fiunt hinc ad custodiã,
aut venationem deteriores.

Artemisia in aqua rosarum ma. 74
cerata, tremulas manus emendat. si
inde lauentur. Et dens lupi cum tur-
turis corde gestatus, ludentem fortu-
nare fertur, Alber. & Rasis. Nò ine-
ptè huic loco accõmodabitur ex Pli-
nio, quòd sola animalium mulier & e-
qua gravida coitũ patiuntur: Ari-
stoteles addit suem. Sed riden-
dum, quòd hic mulier inter anima-
lia numeretur.

Sic facies candelam inextingui- 75
bile. Imple cannã pulvere sulphureo
& panniculis minutissime fractis.
Deinde

Deinde cera quidquid id est inuesti-
to ac incendio, nullo flabello aut ven-
to extinguetur. Præterea si ex libra
vna cera, & uncijs duabus vini sul-
phuris, calciſque vine tantundem,
addita olei nucum unciola forme-
tur candela cum bombace, & in a-
quam mittatur, ubi primùm calx
ardere incipiet, reliquas materias
ignis ſeminaria agnoſcentes, ad eun-
dem incendiũ actum promouebit, et-
iam in medijs aquis.

76 Oculi qui in hominum fabrica po-
ſtremi omnium perfici creduntur,
primi in extrema vita periodo, ad-
empta mobilitate & extincto vigo-
re, certa mortis argumenta profe-
runt, ac præ cæteris emoriuntur.
Quod ſpiritus viſoriũ reſiliant ad ce-
rebrum, principium videndi & mo-
uendi: ſeq; in illud, ſeu ad extremam
anchoram, recipiant derelictis ocn-
lis, Lemnius.

Galli

Galli gallinacci qui allium degu- 77
stârint, ferocissimi sunt ad pugna.
Ideoque viatores libentissime illud
identidem arrodunt, nec non qui bel-
la & castra sequuntur, quod eis agi-
litem addat, vires firmet, ac ani-
mum faciat. Datur etiam equis, ex
pane & vino hora bellici consuetus,
ut ferociam & laborum expeditam
tolerantiam promoneat.

Ad experiendum euentum ali- 78
cuius egrotantis cõputa dies à prin-
cipio infirmitatis eius, & radicem
plantæ qua tot folia habuerit, quot
numerabuntur dies, illi annexe, aut
suspende: si curabilis erit infirmitas,
plurimum recreabitur: sin minus,
tristabitur. Si forte herbam tot fo-
liorum non inueneris, aggrega radi-
ces plurium herbarum, quarum fo-
lia ad unguem expleant numerum
dierum aegritudinis, & utere ut
prius. Acceptum à quopiam Italo,

M qui

quid verum esse profitebatur.

79 Ungula Alcis magna vi pollet
aduersus comitiales morbum. Na
eius particula annulo inclusa, & di-
gito qui proximus est minimo ita
commissa, ut in palmam conuertatur,
'collapsos in ipso paroxismo plurimum
recreat, & confestim exci-
tat. Idem efficit portiuncula eiusde
nuda, & manus in pugnum compli-
cata inserta: repente enim morbum
expellit, & prostratos erigit. Quod
vno & altero experimēto se probasse
trahit Lemnius. Nos portiuncula e-
iusdem in aurem sinistram missa, &
aliquamdiu veluti scilicet, mota,
idipsum feliciter experti sumus, in
verè epileptico, idē miraculi loco ha-
bitum est, Ioan. Agricola Ammo-
nius, idem efficit tradit suspensa vel
gestata particula eiusdem unguis,
modo cutim attingat. Quod etiā a-
muletum ad precautionē morbi plu-
rimum

rimum valere certus sum. Audio etiam ramenta, vel scobem aduersus eandem noxam in Polonia propinari. Caterum eligenda est unguis dextri pedis posterioris, cauendumque ab impostoribus, qui bubulas pro alcinis vendunt.

Extemporaneum & generosum s^o sinapi condimentum, ubicunq; locorum fueris, sic tibi cōparabis. Habe uncias duas seminis sinapi, cum semūcia vulgaris cinnamomi, quod officina canellam vocant. Vtrumq; in pollinem detritum, & sufficienti aceto ac melle exceptum, in mazam seu pastam coge, & ex ea pastillos, vel spherulas finge, & Sole, calente ne clibano desiccari permitte. Vbi vsus exiget, globulum vnum ex vino aut aceto, vel alio liquore, dilue ac dissolue, & habebis sinapismū paratu facilem, palato delectabilem, ac stomacho admodum vtilem.

M 2 Septi-

81 Septimo post die quam in lucem editus est hircus, coire incipit : & quamuis sterile semen emittat, omnium tamen quadrupedum maturissime ag greditur coire, *Ælianus*. Tradit ille idem, hircum barba fiducia gregem caprarum antecedere: & *Florentinus* in *Græcorum Geoponicis*, illum eundem non fugere barbâ detonsâ.

82 Radix polygonati, seu sigilli Salomonis, pallentes virginum genas solo affrictu rubicundas ac floridas efficit. Et decoctum herba quam hippurim vocant, scabiei vesica, malo intolerabili medetur, facta in multis experientia.

83 Nulla Romanarum mulierum aurum olim nouerat, præterquam in vno digito, quem sponsus oppignorasset annulo pronubo: adeoque in uxores vini bibulas seuerè animaduersum est, ut *Cn. Domitius* legem pronunciauerit,

ciauerit, si mulier clam viro plus vini bibisset, quam sanitatis causa exigeret, dote mulctaretur. Tertullian. Valer. Plin. Gell. & alij.

Ut pili cadant ex quocunque loco, nec amplius renascantur, efficiet stercus felis siccum, tritum, & forti aceto ita mixtum, ut fiat veluti spissamentum. Quo locus pilosus multoties in die defricabitur ac inungetur, & in pauco tempore glaber, depilisq; euadet. Expertum à rustico.

Perhibent Barbaria venatores, 85 pantheras carnibus aconiti veneno delibutis (quod ob id pardalia hancē vocant) inescari. Quibus degustatis, nisi hominis stercus ederint, repente strangulantur: nam illis efficax est alexipharmacum. Autores Theophrast. Cicero, Plutarch. Plin. Aelianus.

Si sal ammoniacum, alumen & 86 nitrum pari pondere misceantur,

M 3 addi-

additaq, argenti pauca scobe, igni
admonentur, ut feruescant, ubi fu-
mare desierint, puluere illorū asper-
so, vel salina oris madefacto, confrice-
tur as, vel cuprum, illud argenti ni-
torem induet. Ioan. Bapt. Porta.

87 Refert Alexandrinus, Ioniano
Pontano autore, se vidisse hominem
grauiter à scorpio percussum, qui sta-
tim liberatus fuit ebibito thure con-
trito, in quo calatum fuerat scorpj
signum. Debet autem sculpi in lapi-
de annulari, ascendente scorpio, dñ
Luna ibidem agit cardinaliter con-
stituta: eodemq, sigillo aromatica im-
primi, hora qua Luna in scorpio car-
dinalis inuenietur: & quo dictum est
modo exhiberi, ex aqua, vino albo,
aut alio idoneo liquore.

88 Si lapis Etites, seu aquilaris non
adulterinus, collo appendatur, aut
pectori vel brachio alligetur ea par-
te qua à corde versus digitum annu-
larem

larem arteria decurrit, feminis lubricum uterum habentibus, vim concipiendi adfert. Et si gestationis tempore is partibus incumbat, fœtum fulcit, ut nulla sit illius excutiendi trepidatio, Lemnius.

A cane rabido morfi, quadragesimo die, aut paulo serius, rabie & hydrophobia, seu aque pauore tentari solent. Quorum vulnus cicatrice nequaquam obduci debet, ut etiã in carbunculis & bubonibus pestiferis. Nam si vel scintilla contagij intra corpus migrãrit, omnia fiunt seuiora. Quocirc a sinapismo virus est eluendum, ut plagam hiantem retineat, & venenum foras ducat.

Placidiora quæque animalia minus fellis, timidiora plus cordis, salaciora plus iecoris, latiora plus splenis, & magis vocalia plus pulmonis habent. Nam ut trito fertur dimicra.

M 4 Cor

Cor ardet, pulmo loquitur, fel
commouet iras.

Splen ridere facit, cogit ama-
re iecur.

91 *Recentiores quidam non indocti,
illos quorum uxores corpus inuul-
gant, & pudicitiam prostituunt, non
ineptè hircorum appellatione defor-
mant, fortasè quod animalium soli
hirci, ut putant, sui generis fœmellas
ipsis intuentibus iniri facillè ferant.
Calius.*

92 *Asunt equorum soleas factas ex
ferro quo aliquis occisus fuit, agiles
equos reddere. Et si ex eodem, mor-
sus ephippiorum concinnentur, tra-
ctabiles & obsequiosi fiunt, etiam si
rebelles essent, morosive, ac morda-
ces, Rasis & Albertus.*

93 *Acetum illicò tibi comparabis, si
in fictile nouum & semicoctum gene-
rosum vinum infuderis, & diligen-
ter opertum in aquam feruentem
mi-*

miferis. Adde quod alba vina in ru-
bra absque villo detrimento statim
conuertes, si puluerem mellis ad lapi-
deam consistentiam decocti & sicca-
ti vinum album proieceris, & trans-
nasando miscueris. Idem & minore
negocio prestabit radix omnium la-
pathorum, si recens, vel sicca in vi-
num mittatur.

Chelidonia cum felle hominis di- 94
stillata, lachrymantes oculos, & eos
in quibus nebula consistit, plurimum
iuuare fertur, vt tradit Geber. Qui
etiam addit quod cancer & fistula
perfecte curantur, si eum stillatitia
aqua sanguinis humani aliquoties
abluantur, purgato prius corpore.

Virorum submersorum cadaue- 95
ra, supina, feminarum vero prona
fluitare solent, contrario quam na-
scantur modo. Sed quibus exemptus
est pulmo, non emergunt. Ceterum
contingit plurimum submersa cor-

M 5 pora

pora enatare intra septimū aut nonum diem. Causa est apud Lemniū.

96 Si medulla ceruina drachma dua vel tres, pro corporis & atatis modulo, includantur in linteolo mundo & raro, postea pudendo muliebri inserantur, filo extrāpendente, ut retrahi possint, mensium suppressionē emendabunt, ac solitos effluuij riuulos aperient: modo se tunc offerat opportunum ac statum purgationis tēpus, & preparatū fuerit corpus, imperataq; victus ratio idonea. Res multis experimentis confirmata.

97 Puluis vitri ab Abenzouare in hūc fit modum. Frustum vitri crystallini densum & perspicuum terebinthina resina illinitur, & prunis imponitur donec incandescat. Aqua extinctum, iterum illinitur, excoquitur & restinguitur. Vbi id septies iteratum erit, in subtilissimum puluerem atteritur. Ex eo pondus an-

rei,

rei, vel drachma unius ex vino albo,
 calculos efficaciter comminuit, ut
 Galenus & Auicenna docent.

Alianus autor est, Locrenses ca 98
 pitis supplicio cauiffe, ne quis agrotorum
 vinum infcio medico biberet,
 aut quifpiã id illis ministraret, abfqz
 medici precepto. O legem verè au-
 ream, que utinam atque utinã ho-
 diè apud nos locum haberet. Hinc fa-
 nè agrotantium innumera quotan-
 nis myriades, ab orci faucibus eriperẽ-
 tur. Sed nobis non tã licet esse beatis.

Memorable est quod Lampri- 99
 dius scripsit de Heliogabalo Impe-
 ratore. Is, inquit, cernos quatuor
 iũxit ad currum in quo vehebatur,
 totidemqz canes, se Dianam, appel-
 lans: & quatuor tygres, se Bacchum
 dicitãs: & quatuor Leones, se Cy-
 belen vocans. Licèt nõ tã venationis
 & ferarum studio id faceret, quàm
 religionis & deorum hominumqz cõ-

M 6 temptu:

MEMORABILIVM
temptu. quum etiam quatuor femi-
minas ad currum iunxerit, ut Seso-
stris Rex Aegypti, reges quatuor.
100 Si scobes, aut pulvis è cranio ma-
sculi, viro, & è calua femina, mulie-
ri, ex vino vel oxymelite scillitico,
diebus aliquot ieiunis exhibeatur,
presertaneo auxilio epilepsia succur-
ret: sicuti saluari multorum ex-
perientia probatum est.
Ex naturali ma-
gia Herme-
tis.

ANTO-

ANTONII MIZALDI MONLVCI-
ANI MEMORA-
BILIVM.

Centuria. VII.



*DMODVM memo-
rabile & admira-
bile cōfēbitur, quod
à Matthia Corna-
ce Regis Roman-
Maximiliani II.
medico præstantissimo scriptum est.
In Bohemia, inquit, rusticus quidam
inter venandum iētus fuit lato ve-
nabulo ad stomachum, sub eius ori-
ficio. Vulnus hoc lethale & amplum,
nulla arte vel cōsilio solidari potuit.
Vnde labia eius ita occaluerunt tē-
poris progressu, ut vulneratus annos
plures supervixerit. Is linteolis & li-
neis panniculis hiatum vulneris ita
in far-*

infarciebat, & vsque adeo artificiose obturabat, ut cum vellet stomachū per superiora elueret, ac cibos nocentes, & potus ingurgitantes ex ventriculo per vulnus educeret, quando liberet. Cuius rei, inquit ille, testis esse potest vel sola Casarea maiestas, quæ, ut ex illius ore audiui, vulnus hoc diligenter inspexit. Hæc ad verbum ferè ex quadam responsione Matthiæ Cornacis ad Egidium Hertoghe medicum, quærentem utrum secunda esset mulier, per tredecim annos foetum gerēs in utero mortuū, ut Aphorismo 23. Centuriæ primæ ostendimus.

2 Mira est συνάδεια & amicitia inter crocodilum & trochilum aniculam, ac ingens ἀντιπάθεια & discordia cum ichneumone, quem multi indicem murem esse contendunt. Vtrumque sic ostendit Plinius. Saturum cibo piscium crocodilum, & semper

BLU Sante
CENTVRIA VII. 40
semper ore esculento in litore somno datum, parua avis que trochilus ibi vocatur (rex anium in Italia) inuitat ad biandum, pabuli sui gratia: os eius primùm ad sultim repurgans, mox dētes, & intus fauces quoque, ad hanc scabendi dulcedinem quàm maximè biantes. Qua voluptate somno pressum cōspicatus ichneumon, per easdem fauces ut telum aliquod immissus, illius aluum erodit.

Cardamum seu nasturtium, omnem telluris humorem in confinio exugit. Vnde qua propè confita sunt, facile marcescunt, subducta humoris almonia. Quod Socrates apud Aristophanem conqueritur.

Passerculus troglodytes vocatus, qui omnium auicularum, excepto Regulo, minimus spectatur, & iuxta sepes ac muros victum querit at, volatūque per breuem facit, naturalis

valem vim admiratione dignam habet. Sale enim conditus, & crudus in cibo acceptus, concretos calculos lotio expellit, & ne renascantur prohibet, ac morbum perfectè sanat. Conditur optimè pennis enulsis, atq; inde largo sale adobrutus, arefactus comeditur. Si plures adfuerint, coqui possunt more aliarum auicularum. Passunt etiam non deplumes vri in olla operta, & cinis vnus vsti, cū pauco pipere & cinnamomo exhiberi. Sunt qui viuum pennis prauulsis sale condiant, quod melius est. Alij assatos edunt integros, ita vt nihil ex eis prater pennas abiciant. Qui plura volet, consulat Aëtium & Paulum Aeginetam.

5 Artaxerxes quum in fuga direpro com meatu, ficis aridis & pane hordeaceo vesceretur, Dii boni, inquit, cuiusmodi voluptatis hactenus fui expers. Sic Darius cū aquam turbi-

turbidam & cadaueribus inquinatam sitiens bibisset, negauit se unquam bibisse incundius, Plinius & Plutarchus.

Proximum miraculo est trifolium, 6
herba hyacintho similis quando flores vere emittit & semen habet xix & aegia simile. Hæc enim decocta multum, & moribus phalangy, aut vipera ex aqua fotu admodum, illis medetur, & dolores statim sedat. Eodem vero fotu in alio non morso, parti sane sensum similem & dolores similes his quos morsus inuenit, omnes excitat: morsus itaque sanat, & ferarum modo partem affligit, Auctor Iacobus Syluius medicus & philosophus excellentiss. quo annis aliquot vsus sumus doctore, immortalis memoria dignissimo.

Scribit Simeon Sethi, fel perdicis 7
arterijs temporum illitum semel in mense, ita tamen ut penetret, plurimum.

mum prodesse ad confirmandam
 memoriam. Et si quis manus deal-
 bare voluerit, misceat stercus passe-
 rum cum aqua tepida, & eas inde
 lauet: vel coquat urtica radices in
 aqua, & ea manus eluat. Expertum
 trado.

8 Quum Florentia mulier quadam
 intolerabilibus ventriculi tormini-
 bus diuelleretur, nec medici ullam
 opem adferre possent, en repente ob-
 longos & recuruos clauos, aeneasque
 acua, vnà cū cera & capillis glome-
 ratas euomuit: & postremò ingens
 carneum ientaculi frustū, quale nec
 gygantis fauces deglutirent, eructa-
 uit. Autor Beniuinius de admiran-
 dis morborum causis. Sed mulierem
 eam spiritu maligno obsessam fuisse
 tradit.

9 Acetum validum & fortè illicò
 reddes, si in illud recentis hordeaci
 panis frustula iniicias, nā intra bi-
 duum

duum valdè acefcet. Modos alios
in superioribus Centurijs hinc inde
tibi sparſim propoſuimus.

Pulvis eius nucis quam gallam 19
vocat, proiectus in aquam manibus
lauandis prolata, illas ſummè de-
nigrat, tantum abeſt vt dealbare
queat. Remedio erit cortex, aut ſuc-
cus mali aurantiij. Non erit abſurdis
his addere, quòd albumen oui agita-
tum cum puluere maſtichis, labiorū
& manuum ſiſſuras emendat, ſi eo
illinantur unguine.

Tradunt cernos in Creta, vel ca- 18
pras, vt volunt Cicero & Plutarch.
virulentis telis ſaucias, dictamum
herbam deguſtare, & hinc ſpicula
ſubito à ſe excutere. Adhac hiru-
dines laſis pullorum ſuorum oculis,
chelidonia ſucco illis mederi. Nec-
non angues membrana hyberno ſitu
oculis & corpori obducta, deguſtato
fœniculi ſurculo. ſpoliū, viſus impedi-
mentum

mentum exuere, aciemq; pristinam
recuperare, & hinc nudo corpore
vernare. Aristot. & Plin.

12 Si gagatis lapidis puluisculus in
tenuissimum pollinem redactus, ieiuna
mulieri ex vino albo exhibeatur,
statim manifestabit si sit incorru-
pta, vel puerperio, aut aliter macu-
lata. Nam si illico lotiam ei promo-
nerit, corrupta virginitatis indicium
erit: si minus, contrarium pollice-
bitur. Idem etiam prestabit succinum
album, seu ambra, quo dictum est mo-
do parata & exhibita. Ex Ioan.
Bapt. Porta, ut reor.

13 Lunam seu argentum, ita dealba-
bis. Accipe salem ammoniacum, a-
lumen rocha vocatum, & pluma, sa-
lem gemme, tartarum, & vitriolum
Romanum, singulorum partes aqua-
les. In pulverem redacta simul mi-
sce, & in aqua limpida dissolue. De-
inde Lunam quamdiu visum erit
ibidem

ibidem feruere permittite: videbis eã ad miraculum vsque dealbari. Ex secretis & experimentis cuiusdam chrysopæophili.

Ouum in falsugine, aut aqua alu- 14
minosa demersum fluitat, non ea par-
te qua in aluum depressa est, sed ere-
cta, resupina & utring, turbinata.
Quemadmodum etiam succinũ for-
ma ouali in precarios globulos con-
cinnatum. Sed hæc leuissima sunt,
idèò suspensò calamo exaranda.

Excrementum pueri aridũ cum 15
melle Attico tritum præstantissi-
mum est remedium ad Columelle in-
flammationes qua suffocationẽ mi-
nitantur. Sed puer ille pascendus est
biduo lupinis cum optimo pane satis
fermentato & saluo: eiq, vinum ve-
tus bibendum mediocriter, vt quàm
optimè concoquat. Tertio die sum-
ptum excrementum desiccandũ est,
& quo dictum est modo vsurpandũ.

Galli.

Gallinarū & perdicum caro, in iare elixa posset exhiberi, nisi excrementum magis foetidum redderet. Hoc Galeni secretum est, à quopiam precibus magnis impetratum ut ipse scribit.

16 Inter celebres illas Egypti pyramides, una à trecentis & sexaginta hominum millibus spacio xx. annorum constructa fuit: & in raphanos, allia ac cepas quibus opera vescebantur, mille & octuaginta talenta impensa. Qua si ad nostrates aureos nummos, reuocare velis, nascetur summa 648000. aureorum: quales Budeus Gallie nostrae ornamentum usurpare voluit.

17 Urina murium, soricumue, pilosum locum, depilem reddit. Restituitur verò ac emendatur talparum sanguine, aut earūdem pelle, si ei affricetur. His adde carbonem eius
 po' blaus
 les dents
 den.

dentifricium praestantissimum componere. si pauco melle excipiatur.

Cum Alexander solitos obsoniorum artifices ablegasset, longè commodiores se circumferre dixit: nempe matutinam profectiorem ad con- diendum prandium, & ad coenam, prandij tenuitatem. Sic ferunt Socratem dum ad vesperam contentius ambulasset, quasitumque esset ex eo, quare id faceret, ut melius coenam, respondit. Sitis enim & fames, obsonij condimentique vice esse solent. Plutarchus, Cicero, Laërtius.

Si aurum candens & ignitum in vino generoso saepius extinguatur, praecipuis membris & vitalibus robur conciliat, naturalesq; facultates firmat, ac morbidam partem vigore ac vitali spiritu imbuat. Idem liquor pestis tempore admodum praestans censetur. Et si cum tantillo tar-

nota

tartari misceatur, omnes maculas,
quamlibet fœdas, ex quavis parte
corporis abstergit & corroborat: imò
verò faciem leprosam, ac rubicun-
dum nasum & verrucosum emēdat,
Lemnius.

- 1107L
20 Vinum peruersum & turbidum
sic emendabis. Accipe aliquot ouo-
rum albumina, qua ubi diu & mul-
tūm agitaueris & despumaueris, in
dolum proijce, & moue. Idem asse-
quēris, si peruetustos in glandiū nu-
cleos duodecim. filo transfixeris, sub
cineribus coxeris, & dum adhuc ca-
lent, pendulos in vino demerferis,
tamdiū, dimiseris donec solito colo-
re accepto, vinum tibi arriserit. Nā
tum demum excludendi erunt. Se-
cretum hoc cuiusdam est œnopole.
- 21 Portiuncula umbilici infantis in
annulo gestata, pollere fertur cōtra
morbum caducum, & capitis, coliq;
dolores. Et res gemina unguinū agro-
tantis

tantis in linteolo alligata collo visen-
tis anguilla, illa sic in aquam demis-
sa & relegata, quartanas creditur
abigere. Ex Gebero & Alberto.

Semen cardui pecuarij (vel po- 22
tius benedicti vocati) plurimum va-
let contra pungentes laterum dolo-
res, & intestinorum strophos. Ad-
dam quod multi dysenterias exitia-
liter grassantes curauerunt hausto
decocto radicis alcea ex vino, si qui-
dem febris aberat, vel plantaginis,
hordeiue, si praesens erat. Id fuisse in-
ter arcana doctis, cuiusdam Hispa-
ni medici, pro certo accepi.

Acie[m] gladij, ensis, vel alterius 23
instrumēti praestantissimam ad hūc
facies modum. Mitte in libram v-
nam lotij adolescentulorum, tantum
fuliginis quantum manu prehendi
potest, additis quatuor uncis olei li-
ni. Confusa omnia simul ferueant: &
dum inter cudendū incandescit gla-
dius,

N

dius,

dius, ensis, vel quid aliud ad scindendum parabile, in hoc miscellaneorū decocto intingatur, & ut artis est, probè temperetur. Eximio cuidam macheropæo id acceptum fero.

24 Si canis osibus duntaxat pascatur, excrementum durum & minime fœtidum reddet. Hoc si aridum reponatur, & vsus tempore ad anginas conteratur, alijsq; eidem affectioni idoneis auxilijs misceatur, præstantissimum adfert præsidium: necnon ad ulcera maligna, si modicum eius pulueris probatis phar-
macis admisceatur. Prodest etiã dysentericis, si in lacte cum fluuiis, calculis ignitis decocto, propinetur. Galenus.

25 Contra singultum obiura utrã-
que aurem digitis: & aduersus podagram ungue dolentem pedem lep-
tino sanguine adhuc ex animali ca-
lente.

lente. Sic contra capitis ichores, seu
 tineam, dissolue steruus asini in forti
 aceto, & eo caput diligenter presfri-
 catum inunge. His addere liceat
 quod gummi cerasorum in vino al-
 bo solutum, contra calculum pro-
 fuisse, certo experimento cōpertū est.

contra
 Tineam
 capitis

contra
 calculum

Ciconiam egrotantem origano si-
 bi mederi tradunt, & apum hederæ,
 aut cancris ab aquore eiectis. Cer-
 nos quoque affirmant cinare serpen-
 tiumq; esu, virulento pabuli veneno
 resistere, ac vermes intestinorū inuo-
 lucris implicitos (vt antea diximus)
 necare. Auctores Plin. Aristot. Lu-
 cret. & alij.

Varij coloris nascuntur equi, si tan-
 tisper dū masculus inii femina stra-
 gulo discolori illa operiatur. Na qua-
 les oculis equi incūris colores obtece-
 ris, tales pcul dubio referet pullus.
 Aut. Absyr. Illud ipsū etiā incamb.
 experiri poterit ac alijs animalibus.

nota

28 Inter ea que barbam emoliuntur, & mentum venusta lanugine cohonestant, passimq; obuia esse solent, statuitur butyrum salis expers, succus cepæ rubentis, axungia melis seu taxi, radix bryonia, beta, raphani et liliorum alborum. Ex quibus linimentum confici potest, & eo abrasum mentum identidem oblini, Lemnius.

29 Simulieres gruida exterreantur solent ducere manū per faciem, ne fœtus signū aliquod præ se ferat. His adde ex Plinio quanquam dissimile, quod oua infra decem dies edita incubari, utilissimum est: nam vetera & recentiora, infœcunda sunt.

30 Nonnulli contra dentiū dolorem apponunt ally nucleolum cum sale tusum arteria carpi eius manus que est in regione & latere cruciatus ac doloris. Licebit etiam admonere ex quorundam experimento, quod nuxinglans

BIU Santa
CENTVRIA VIR. 147
inglans pullo inclusa, illum ad celere
coctionem perducit.
Nihil stirpibus nocentius, ac ma- 31
gis deleterium quam nix, aut gla-
cies liquefacta, si quando radices ys
perfundantur, & mox frigus exaspe-
ratum denuo liquorem congelat.
Ne autem huiusmodi incommodo
stirpes afficiantur, & se iniurijs fri-
goris vindicent, soli superficies in quo
iacebunt, stramentis, & desuper in-
spersis cimeribus muniatur. Nam eo
modo insita caliditate terram foue-
bunt, & penetrationem frigoris pro-
hibebunt. Profuit multis id consilij
sub finem anni 1564. & per initia
sequentis, duabus integris Lune re-
uolutionibus. In quibus hyemalis ri-
gor usque adeo implacabilis ac pene-
trabilis fuit, niuiusq; pronentus, co-
mite gelu adeo frequens & copiosus,
vt in Parisiensi agro & vicinis hinc
inde ad miliaria viginti, plus minus,
N 3 inglan-

inglandes serè omnes, cuiuscunque
essent etatis ac roboris, radicibus pe-
rierint, unà cum ficibus & lauris.
Nec ab huius tam diræ & calami-
rose labis iniuria, longè abfuerunt
arbores alia pleraque, & maxime
vites ac cerealia omnia. Vnde pu-
blica illa fundi Gallicani calamitas,
& annonæ penuria que in hâc etiam
diem pauperum familias longè ac-
late miserandum in modum exagi-
tat, Sed Dominus pietate sua dabit
his quoque finem, Quando sibi factû
viderit esse satis.

32 Si vas æneum amplum, rotun-
dum, & unico apertum foramine,
vina calce ac sulphure, æquis parti-
bus, exactè & integrè adimpleatur,
& foramè, ne quid expiret, sedulo oc-
cludatur, & mox in fontem non ex-
currentem, vel puteum demittatur,
aquam eius dies multos calidiuscu-
lam conseruabit, ac palam exhibi-
bebit.

bebit. Expertum à multis.

Oleum de hyperico ad hunc fit modum. Cacumina hyperici vino odorato infunduntur spacio trium dierum & noctium. Deinde in vase duplici, seu balneo Mariae per blandè feruēt, & paulò post leniter exprimuntur. Rursus similis quantitas cacuminum, eidem vino & expressioni diebus ac noctibus totidem maceratur, feruet & exprimitur. Tum demum adduntur uncia tres terebinthinae venetae, olei veteris uncia sex, & croci scrup. unus, miscentur & in eodem duplici vase tamdiu coquuntur, donec vinum insumpsum sit.

Quod supererit, vase vitreato, vel plumbato in usum diligenter custoditur. Admiranda facultatis est oleū hoc, cum ad multa, tū præcipuè ad ulcera cacoëthea, partes atrophica laborantes ac perfrigeratas & alia ipsis etiā mulierculis pbellè nota.

N 4 Tra-

34 Tradunt nonnulli radices aspa-
ragi siccatas & dentibus infixas, il-
los humulos absq; dolore eradicare. Et lepo-
rinos pedes dextro armo ligatos, nō
permittere vt canes allatrent, Rasis
& Albertus.

35 Lampas viirea admodum splen-
dida & diaphana, quaecunq; sub lu-
mine illustrabit, crocea reddet & lu-
tea aut flaua, si puluere croci oleum
ellyphnio vicinum respergatur. De
alijs coloribus idem erit experimen-
tum: modo cubiculum aliud lumen
non agnoscat.

36 Ipsō die solstitiali non solum folia
in oleis, populo, salice, & multis alijs
arboribus circumaguntur, sed etiam
pleraque malorum semina in pomo-
rum meditullio sese inuenerunt, Pli-
nius, Franciscus, picus, & aly. Mirū
dictu, inquit Theophrastus apud Pli-
nium, coctas vrsorum carnes, si asser-
uentur, increfcere per id tempus quo
sc

se illatebrant. Sed nos hunc Plinij locum in superioribus emēdauius, nimirum aphorismo 42. Centurie 2. nisi fallor.

Nonnulli ex Mercurio precipi- 37
zato, auri momento addito, pestis vi-
rus expiari tradunt. Adde quod
mēbranae, aut papyri in quibus bra-
ctee, seu folia auri excusa fuerunt,
vires necandi pediculos hydrargyro
pares habent, vt tradunt Volater-
nus & Vitalis Cardin. & nos, vt pu-
to, ante à adnotauimus. Sed quae pul-
chra, solent decies repetita placere.

Alianus scribit aquilarū pennas 38
halitu suo aliarum volucrum pennis
admixtas, eas insumere. Et Boëtius
post Oppianum, tympana obducta
operculo ex lupi pelle, alio cooperta
ex corio agnelli dissipare & obtun-
dere.

Oua quinq, sub vesperam in acer- 39
rimo ac forti aceto macerata, & di-

N 5 luculo,

luculo, ubi exteriorē putaminis cal-
lum intabuisse obseruabis, in fauces
equi tusientis, lingua exertā, proie-
cta & denorata, tussim illius cu-
rant. Ex cuiusdam Hippia tri se-
cretis.

40 Aristoteles fatetur vulnera creis
instrumentis & gladijs insucta, mi-
nus habere doloris, ac ocys curari,
quam ab alijs illata: ob siccam exha-
lationem ab aere derelictam in vul-
nere. Hinc non temerē sinxerūt poë-
tae Chironē medicum prestantiss. A-
chillis preceptorem, fœdum Thele-
phi vulnus sanasse accepta erugine
de Achillis hasta. Vnde, vulneris
auxiliū Pelias hasta tulit, ut a Na-
sone scriptum est.

41 Fortibus & violentis medicamē-
tis non temerē utendum esse, nec cor-
pus inconsultē mouendum precepit
Plato in Tim. & longē antē eum
Hippocrates, qui Democritum ami-
cum

cum & familiarem helleboro & similib, curare noluit: scribens in quadam epistola ad suum φίλον Cra-
 tenam, eorum medicorum incertam esse coniecturam, qui in purgationibus etiam cautè procedunt. Nā nullo est medicamentum solutivum, quod non deprædetur aliquam partem de viribus & substantia nostri corporis. Ob id Avicenna rectè ait, medicinas etiam si non sint venenose, eas tamen bibere naturæ laboriosum esse. Sed, inquiet aliquis. Cū sis ipse faber, quorsum fabrilia damnas?

Plinius tradit antiquos luporum 42
 rostra & capita portis villarum affixisse, ad arcenda fascini veneficia. Quod venatores plerique hisce temporibus observant, sed in quem usum planè ignorant.

Scriptū est apud Alianum, avem 49
 γλώσσα, id est luteam (sunt qui

virconem intelligant) suum nidum
 construere ex foliis veri symphyti fo-
 liis: cuius radix magna cum difficul-
 tate reperitur, & reperta maiore e-
 ruitur. Quod videant chirurgi, qui
 eam se habere nugantur, ad consoli-
 dationem ossium fractorum & car-
 nis agglutinationem. Hec Langius.

44 Hydrargyrum forti aceto remi-
 xtum, vasa argenteis similia red-
 dit, si in eo illinantur. Adde quod
 cepacei liliorum bulbi in aqua deco-
 cti, faciei ruborem tollunt, si matuti-
 nis & vespertinis horis illinantur.
 Acceptum à quadam matrona,
 mangoniorum artifice ad unguem
 facta.

45 Ononis, seu anonis (qua & acutel-
 la & resta bonis vulgo dicitur) con-
 tra calculos plurimum laudatur.
 Nam ab illorum cruciatu celerrimè
 liberat, ac eos expeditè educit,
 pulvere ex cortice radicū eius han-
 sto

sto cū vino albo. Quinetiam excre-
scentes in vesica & meatu urinario
carunculas faciliē emendat. Quod
expertum, probatumq̄, intellexi ab
ijs, qui serio rerum naturas per expe-
rimenta quotidie scrutantur & pro-
fidentur.

Equus calcitrosus, vel quoduis a- 46
liud animal, patienter sinet se curari
in stabulo, & ferreis apud fabrum
calceari soleis, si exiguum & rotun-
dum silicem alter utri aurium im-
miseris, & apprahensam auriculam
manib. perstrinxeris, ac retinueris:
sic enim stabit immotus, & quantū-
uis ferox, quiescet. Si in utraq̄, aurē
singulos silices intruseris, tā mitem
habebis, quā est ouis. Expertum
accepi à quodam equifone & stabu-
lario regis Nauerræ.

Puluis taxi adeo cutem ulcerat, 47
vt miserabiles & deplorandos red-
dat apud vulgum qui eo vtuntur.

Reme-

Remedio est succus populi arboris cum aceto illius. Vel unguentum populeonis vocatum. His addere mihi licebit, quod lapides quinis facile mollescent, si illos in sanguine calido, bouis, & pinguedine veruecis, cum forti aceto pernoctare dimiseris. Arbiuor traditum esse à Ioan. Bapt. Porta. in suo opusculo *Magia naturalis*.

48 Egyptij à suilla carnis esu, cen-
deo cupiam dicata, abstinnerunt.
Quod porci tellurem madidam Ni-
lo, rostro velut aratro sulcare do-
cuissent. Id Iudeos ab Egyptijs di-
dicisse refert Plutarchus. Vel ne le-
pre, aut vitiliginis contagio inquina-
rentur, ut tradunt Cornel. Tacit. &
Justinus. Causas alias requires à
theologis.

49 Scolymi, seu cinara radix graueo-
lentes alarum hircos, & reliqui cor-
poris virosi odorem cocta & em-
pla-

plastrata emendat. Idem etiam potest decocta in vino & pota. Nam ita copiosam & graueolentem urinam prolicit: eoque modo virulenta & Venerea gonorrhœa auxiliatur. Dioscor. Oribasius, Paulus & Langius.

Si palumbum marem cum gallina coire procurabis, aut perdicem vel phasianum, pullus emerget non iniucundus visus. Et albam sobolem dabant pavones, phasiani perdices, & alites huiusmodi, si auararia, vel caueas quibus includuntur, congregantur, pariunt, incubant & excludunt, susq; deq; & ex omni parte albis vel amibibus obtenderis & ornaveris. Artificium hoc acceptum ferro ornithotropha cuiusdam principis viri, licet etiã a multis descriptum fuerit, sed nescio an probatum.

Poma congelata si in frigidam aquam demergantur, ad naturam suam

redunt. Pome
galeas

redunt, totaq; illa glaciata concre-
tio liquefcit ac refoluitur. Sic partes
frigore affecta, modo ne prorsus rige-
fcant, fubfitq; fanguis aliquis, aqua
gelida immerfa, & fubinde rigata,
fenfim calefcunt. Autor Lemnius
Lemnius.

52 Sunt qui certiffimum veris indi-
cium arbitrentur papilionis aduen-
tum, adhuc aduenarum volucrum
apparicionem. Adde quod cum mo-
rum germinare videbis, iniuriã fri-
goris timere non debes, vt Plinius in
fua illa celebri veterum fcriptorum
bibliotheca adnotauit.

53 Oorum albumina vna calci ad-
mixta, & diu agitata, cryftallinorũ
& vitrearum vaforum genus omne
pulcherrimè glutinant. Eadem cum
croci puluere adeò dura enadunt in-
tra menfem, vt topafy gemmã emen-
tiripofint, fi orbiculari incluſa typo
ficcentur, excluſa perpoliantur, &
annu-

annulo accuratè committantur. Ex Italo quopiam.

Centipede in cellis vimarijs reper 54
 ra, lotij difficultates egregiè solvunt,
 si vino albo intrita hauriantur: vel
 siccatarum pulvis ex eodè vino ex-
 hibeat. Constat experimento cu-
 iusdam, qui sicuti id secreti liberè
 mihi impertivit, ita ego aliud ei can-
 didè commune feci.

Solem, seu aurum, sic à Luna, seu 55
 argento, separabis. Corpus rei de au-
 rata oleo lini inunge, & pulveres a-
 luminis rocha vocati, ac salis ammo-
 niaci desuper insperge: deinde cali-
 da omnia in aquam extingue, rema-
 nebit in ea aurum separatum. Ex
 quodam perito aurifabro.

Habe duos mures viuos, vel plu- 56
 res, quos in praesertim fictile missos,
 igni ex fraxineo ligno excitato expo-
 ne. Vbi concalescet fictile, iucundo spe-
 ctaculo videbis ad pippitum & sibi-
 lum rales
 pruden

lum incarcerationum, mures è proximo omnes accurrere, & se in igne recta precipitare, ac si obsessis auxiliare venirent. Quod fraxini fumo adscribendum arbitraret. Sic talpa fictili inclusa cum accenso sulphuris pulvere focias ad se euocat alias, ceu flebili voce illarum auxilium implorans. Priscorum hæc sunt experimenta; quæ recentiores secretorum perscrutatores sibi falso ascribunt.

57 Radix Alcioniæ, quæ tertia videtur esse anchusæ species, appensa, vel alligata ijs animalibus quorû ulcera vermicibus sciant, eos sponte cogit decidere. Valet etiam contra serpentium morsus, non solum pota, sed gestata. Ex Dioscor. & eius interpretibus.

58 Ad quascunq; percussiones, etiã si fuerint cum vulnere, plurimum prodest succus foliorum verbasco illius: sed superponenda sunt folia confusa,

tusa, & blanda manu deliganda. Si vulnus adest, prius tepido vino lanari debet. Sed vereor ne aphorismus hic ex superioribus Cēturijs repetatur. Quod si fit, boni consuletur, cum Hippocrates noster, bis, terue eundem aphorismum locis diuersis saepenumero repetat. Quod pro reliquis semel dictum velim.

Porci pabulo sordido & ocio saginati scrophulas contrahunt, ac toto corpore grandinosi euadunt, vulgus Gallicū mesellos appellat: fitq; hinc, ut illorum caro insalubris sit ac vitiosa. Ex quo nihil mirum si Iudeis porcinam degustasse nefas erat, ut antea scripsimus. Huiusce autem grandinis & lepre signa in yfse animalibus potissimum se proferunt in lingua: ut lanionibus & exploratoribus ad eam rem deputatis compertum est.

Luporum dentes maximi, equis 60
adalli-

adalligati, infatigabilem cursum illis conciliare traduntur, Plinius. Et si quis lupi dentem gestet, impanidus erit, Rasis. Adde quod eiusdem lupi oculus dexter siccat, & puero alligatus, timores, pauoresq; ab eo amolitur, Albertus.

61. Scrupulus vnus spermatis ceti (ambram grizeam vocat vulgus) in pomo asfo acceptus, non parum adiuuat agram & difficilem spirationem. Confert etiam idem ceti sperma, sed humidum & recens, ad colicos cruciatu, & omnes interaneos dolores, cum alijs que flatu dissipet exhibitum. Sed cauendum ne quis eo vetere vtatur, aut nimio vsu illi assuescat: nam alioquin periculosum est. Ex quodam medico Germano.
62. Infantium oculos, seu glaucos emendabis & nigros reddes copioso lactis vsu, maxime si nutrix calida natura fuerit, & infans ipse loco subob-

subobsuro contineatur, procul à Sole & luculento igni. Sic lusciosorum & strabonum oculos in obliquū detortos, in propriam & debitam reuocabis sedem, inclinata ad oppositam aduersamq; partem illorū acie: ita ut musculi contrario obitu in naturalem situm reducantur. Lem.

Om̄i barbatuli videri affectant, 63
segetem lanuginosam verno potissimum tempore sibi adimi patiantur. Nam ea anni parte calor vnā cum humore in corpore augetur, atque in elota & abraſa membra facile diffunditur. Addam quōd iuuenibus calida aqua & egelida barbam confestim elicit, prouectioribus verò canam prematurè reddit. Quod ut effugias, vini austeri momentum adycito.

Fumus seminum portulacæ, vel 64
foliorum personatæ, quam bardanā vocat, per infundibulum, vel aliter,
in fœ-

in femineum pudendum transmissis, statim mulierem si corrupta est, ad meendum proritat: si non est, lo-
rium continet, Ioan. Bapt. Porta.

65 Ad ambusta, ceparum philura, seu tunica sub cineribus calefacta, efficaciter adhibentur. Aut succus earundem ceparum expressus & linteolo exceptus. Vel vitellum oui cum oleo dissolutum, apertis postridie vesicis, ut ichor mordax effluat. Post-hac, locus inungendus est oleo expresso de vitellis onorum in patella fixis.

66 Apud Lacedemonios lege cautum erat, Plutarcho teste, ut qui mulieres prolis generanda causa adirent, sobrii, aut vino modestissime delibato illis concuberent. Hinc mirum quum Diogenes quendam ex temulentia desperere videret: Adolescentule, inquit, pater ebruius te seminavit, Laërtius & Plutarch.

Si

Sancti
CENTVRIA VII. 156

Si quis aqua distillationis vel decoctionis crabronum, aut vesparum autem alicuius attigerit, sic intumescet locus, ut hydropis, aut veneni magnae alicuius agritudinis suspicionem ingerat, sed absque dolore. Remedio est Theriaca pota, vel loco illita. Hac fraude meretricule quaedam gestationem vteri, etiam apud circumspectos & cautos, artificiosè mentiri solent: & suam miseriam credula plebi falsò attestari, qui stipem vicatim emendicant. Est id Ragoti Parisiensis archimèdici, & blitteorū, canariorū, ostiariorū, replariorūq; ludimagistri incōparabilis & locupletissimi, artificium multum unum: a quodam eius contemporaneo & familiariter mihi indicatum.

Viridis iaspis appensus, stomachum & os ventriculi iuuat. Quare & annulis inferitur, insculptum gerens draconem radiatū. Et tamen effica-

efficaciam eius, etiam sine hac sculptura probavi, facta torque ex eiusmodi lapillis, ita ut collo suspensios vetriculi contingerent. Hec Claud. Galenus.

69 Noni, inquit Gesnerus, qui bubulum stercus aridum in iusculeo ignarus bibit, & à colic dolore statim euasit. Audiui etiam à viris fide dignis, non paucos rusticos eiusdem potu liberatos. Quidam non ipsum excrementum, sed expressum inde succum bibunt, & melius habent.

70 Pilosella quouis modo equis administrata, hoc illis adfert presidij, ne ladi possint dum ferreas soleas à fabro recipiunt: hinc à nonnullis clarorum herba nuncupatur. Adde quod ononis decoctum urinam iumentorum pecori illico promouet, si impedita fuerit, vel suppressa. Albert. & Dioscor.

71 Si in lingua & faucibus porcorum

se

se proferant verrucosæ pustulæ, cum
 luore venarum qua sunt in illis par-
 tibus, indicium est viscera praua cõ-
 stitutione teneri. Huic visio occur-
 runt bacca lauri irita, & vinacea
 remissa cibo temperato ex fursure
 & fermento. Nam his colliquescit
 grandinosa illa concretio & lues in-
 terna.

Si caput lupi in columbario su- 72
 spendatur, feles, mustela, & si qua a-
 lia columbis nocent, non ingredien-
 tur, Rasis & Albert. Qui etiam
 tradunt, quod si lupi cauda in villa
 sepeliatur, prohibet ab introitu eius
 lupos. Et si intra domum suspenda-
 tur, non intrabunt, nec aduolabunt
 in eam muscæ.

Mulier in somnis patrat a narra- 73
 bit facinora, ut Democritus sensisse
 videtur, si linguam rana lacustis,
 aut anatis syluestris, bubonise no-
 Etuagi, supra regionem cordis illius
 O appo-

apposueris, ibiq; immorari permiseris, donec concalescat, interea parcendo qua tibi visum erit. Ad que si minus respondeat interrogata, iterare atq; reiterare oportebit. Res ea in mulieribus potius quam viris locum habet, quod natura ad loquendum ac respondendum sint prompta, & iam dicta animalia summe garula, etiam per noctem: in hoc cum mulieribus, ut ita dicam, symbolizantia, xg. i συμπαρόντα.

74 Vt mordaces ardoris vapores intus concepti à rebus adurentibus, in halitum dissipentur, Platearius nō temere suadet, ut in principio calida admoueatur. Nam Theophrasto auctore, calidum vesicas efferuescere prepedit.

75 Si quis nolit pedes, vel manus à frigore offendi, pinguedine vulpis unguat. Addo, et si τῶσπεργον, quod qui voluerit incundo spectaculo ex-

-0999

ollis

ollis feruentibus pisa excludere, argentum vinum immittat, videbit rem pulchram, nisi labri ollaris excellens altitudo, vel ignis remissior obstiterit. Expertum tibi rrado.

Glancias prodidit cimare esum ad 76 prolis mascule conceptum valde conferre. Nil igitur mirū, mulieres carduum hunc adeo ambire, & diligentia cura in hortis alere. Sed de ys copiose in Alexikepo nostro, seu auxiliari orto. Scribit insuper Athenaus, imbecilles esse ad Venerea, qui assidue lactucis vescuntur. Hinc Callimachus ἀλλυγοῖκῶς dixit, Venereem suam amasium Adonim inter lactucas abscondisse.

In nonnullis stagnis faculentis, o-77 omni aqua exhausta & limo detracto, anguille denuo generantur, si aqua pluvia effluxerit: quippe quod imbre viuant & alatur, Arist. Plutarch. & Oppia. His addatur quod
O 2 scirpus

^{7^{or}}
^{pu' hru -} ^{frutte leu} ^{Du huy}
 Scirpus siccatuſ, & vino lymphatico
 immiſſuſ, quidquid ineſt aquoſi ad
 ſe rapit, relicto vino. Quod ad explo-
 randa vina dilutior a pulchrum erit
 ac vile.

87 Mulier grauida in pago non pro-
 cul ab Andernaco Episcopi Colo-
 niensis oppido, mariti carne veſci de-
 ſiderans, illum, tametſi per charum,
 nocte occidit, & dimidia fere carne
 eius ſaturata, reliquum ſale mace-
 ravit, ut ipſamet poſtea, cum mala-
 cia furor deſeruiſſet, & facti pœni-
 teret, amicis maritum querentibus
 confeſſa eſt. Autor Ioan. Languius
 in ſuis epiſtolis medicin. Hinc diſcât
 mariti ſibi cauere à ſuis vxorib gra-
 uidis, dum huiuſcemodi malacia &
 pica; aut ſi maior deprauato appe-
 titu laborant.

79 Si nimis clamor ſus erit equus, lige-
 tur capiti eius lapis perforatus, ſic
 enim emendabitur. Ad hunc modum
 equus 5 0 aſinus

asinus lapidem habens cauda alligatum rudere non audeat. Adde quod equus aures retrò proiciens plerumque est surdus, & qui nunquam in turba aliorum hinnit, mutus, Autor Simoneta Cardinal.

Cauda lupi creditur inesse amatorium virus extremo atque exiguo in villo, què dum capitur, abijci tradunt, nec idem pollere nisi adhuc viventi raptum fuerit, Autores sunt Plin. Solinus & Blondus.

Locus pilosus & lanuginosus glabra 81
brescet, ac diutissime ab omni pube
immunis erit, si decocto viua calcis
& auripigmenti in forti lixivio illi-
natur. Id si voles experiri, mitte in
dictum lixivium catellum pilosum,
& depilem extrahes. Sed medica-
mento hoc in animalibus, potius quam
hominibus, utendum suadeo.

Radix zedoaria non casta, eua- 82
nida & inodora, cum visis pascis &

O 3 momen-

momento glycyrrhizæ, dentibus at-
 rita & deglutita, illos seruat, qui
 peste affectos adire, vel alloqui co-
 guntur. Et vsta auellanarum puta-
 mina, si in cineris speciem redigan-
 tur, castorum oculorum pupillas in-
 fantibus denigrant, ex oleo sincipiti
 infusa, atq; inuncta, Dioscor. Quod
 si ex superioribus fortasse repetitum
 erit, obliuioni adscribatur.

hydrops
 83 Succus ex acinis & cerasijs hali-
 cacabi expressus, & in umbra sicca-
 tus, valet ad ciendam urinam, & va-
 cuandas hydropicorum aquas. Sic
Paralyti unguentum ex pyretro & oleo ad
 ignem lentè coactum, partibus à pa-
 ralyti obsessis, summam adfert uti-
 litatem.

84 Veterem anserem masculum tri-
 duana inedia macera: deinde illi ob-
 yce frustra anguille recenter occise,
 & excrementa eius collige: habebis
 presens remedium ad quænis aposte-
 mata.

*mata. Ex quodam peritissimo chi-
rurgo. Si verò poros aut verrucas
abolere volueris, abscinde caput an-
guille viventis, & eas manante illinc
cruore, defrica & inunge, deinde ca-
put ipsius anguille profundè sepeli.
Vbi marcidum erit, omnes protinus
decident. Puto esse Ioan. Bapt. à
Porta.*

*Stercora gallinarum remista ci- 85
bo canum rabiosorū, ab illis rabiem
excludere traduntur. His, si placet,
coniunge quod somnificorum & so-
poriferorum pharmacorū saniviam
retondit acetum, temporibus, naso,
carpis brachiorum & testiculis illi-
tum. Arnaldi Villanouani.*

*Qui eclipsim Solis exactè & absq; 86
lesione oculorum videre satagunt, in
vasculo oleum habente, illam inno-
center ac liberè intueri, obseruareq;
possunt. Nam humor pinguis non
facile turbatur, & quas recipit
O 4 imagi-*

imagines fideliter representat. Ad-
ijciam, ne mihi è memoria labatur,
et si ἀροτρον, quòd qui cuprum citò fu-
sibile & ductile habere volunt, equi
ungulas inter eliquandum & fundē-
dum vnà ei addunt. Ex Italo &
quodam experto fusore receptum.

87 Si quod animal minxerit super
recentem lupi urinam, nunquã con-
cipiet, Pythagoras. Et quidquid pe-
de lupus presserit, nõ uiuet, Isidorus.
Praterèa, si quis felle lupi cum ro-
faceo ungetur in supercilijs, dilige-
tur à mulieribus, si attente ab illis in-
spiciatur. Ex nugis Rasii, & Al-
berti eius simia.

88 Vt iumenta non ledantur à suis
compedibus, aut ab his lesa curen-
tur, alliga collo eorum os dactyli per-
foratum. Et si vis ut animalis ali-
cuius color in albũ conuertatur, ab-
rasam partem crebrò sulphuris suf-
fitu imbue. Idem experieris in florib.
Brasa-

Brasauolus vim incredibilem tri- 89
buit pulueri feminis ^{niſis} meſpilorum ad
deturbandos è renibus calculos, & pro
ciendas urinas. Addo ex Anton. ^{Dalchini}
Muſa quòd polemonij ſuccus, multos
peſte correptos liberauit. Quà etiam
vim plerique feliciter, experimento
tribuunt plantagini, quouis modo
exhibita.

Mulieres in menſa nihil edent, ſi 90
ocimum ignorantibus illis ſub obſonij
patina, cum radicibus integrum re-
ponatur. Autor Florentinus Geopo-
nicus. Sed id experimento nõ respon-
det, perinde atque ſequens documen-
tum. Si quis puluerem ex lapide ati-
ris ſub cinericio pani incoxerit, & ſu-
ſpecto furi quidpiam de eo comeden-
dum obtulerit, præmanſum bolũ de-
glutire non poterit.

Erythrodanum, vulgo rubia tin- 91
ctorum dictum, oſſa pecudum ru-
benti & ſandycino colore imbuunt,
O 5 ſi dies

si dies aliquot depaste sint oves, etiã
 intacta radice, que rutula existit.
 Res ea similiter perspicitur in
 carnibus huius pecoris elixis & assa-
 tis. Nam rubicunda apparent, sic-
 uti etiam ova in decocto eius radice
 elixata: putamine enim rubello non
 minus hinc vestiuntur, quàm si cum
 ramentis & presegminibus brasilia-
 ni ligni percocta essent, vel cum radi-
 cibus anchuse.

92. Sunt qui rubinum ad hunc fin-
 gant modum, accipiunt salis alcalis
 vocati, uncias quatuor, pulveris cry-
 stalli uncias tres, batitura eris sic
 nuncupata in officinis Italicis, un-
 ciam semis, & foliorum auri grana
 sex. Miscentur omnia, & fusario au-
 rifabrorum vasculo deliquescent ad
 ignem reuerberationis appellatum.
 Vbi in ipsomet igne elanguescente re-
 frixu vasculum frangitur, & mate-
 ria ex eo secluditur, lapidarioq; ar-
 tifici

rifici formanda & expolienda traditur, ac postremo includenda auro, celebri gemmario committitur. De quouis alio lapidis colore idem licebit tibi experiri, tantisper dum varia rerum istarum methodum & syluam à nobis aliquando accipies.

Quercus & olea tanto, tamque 93
perniciodis dissident, ut si altera alterius ramos attingat, incuruescant, ac retortire siliant, aliq̄ se inclinent. Sic vitis à lauri vicinitate abhorret: quòd umbrosa sit, & sua caliditate illius ubertati officiat, Lemnius.

Si ita glabram & depilem velis 94
habere partem aliquam corporis, ut nunquam pilos redimios emittat, tere formicarum ova cum hyosciami & cicuta succo, aut vespertilionis & testudinis sanguine, & eo linimento locum ungue. Sunt qui aurea lamina candente pubescentem syluam

O 6 absq̄

absque ulla noxa ita perurant, ut pilorum ne vllum quidem vestigium superfit. Puto esse desumptum ex Alexi Pedemontano.

95 Siquis interna vulneratus decoctum radice carophyllate biberit, sanabitur. Et si externa vulnera eodem colluantur decocto, summopere inuabuntur. Valet præterea ad lateris & pectoris dolores, necnon ad internas cruditates discutiendas.

96 Vermiculi in medio echino planta dyspaci reperti, aduersus quartanas plurimum pollere traduntur, si in aluta clausi brachio alligentur, aut collo appendantur. Profsunt etiam aduersus paronychia, si vini affectis unguibus circumligentur. Nam dolorem alioqui implacabilem, confestim tollunt. Expertum intellexi.

97 Mammæ pendulas & flaccidas recolligit, arrigitq; hederacea corona illis imposta. Vel ipsamet hederæ cōtusa

tusa & admota. Emendantur prætereà ouis perdicum ex limeolo receptis, & vberum fonticulis, sed papilla exclusa, applicatis, & subinde mutatis ac renouatis. Ex quadam mangonij muliebris peritissima.

Corculum galeritæ femori adalli- 98
gatum, summe prodesse fertur aduersus colicum cruciatum. Nec defuerunt qui illud recens eam in rem etiam deuorârint optato successu. Ex quodam Hispano, qui insuper mihi affirmabat eupatorium in vino rubro astringente coctum, vulnorum, ulcerumue putrilagines & sordes potenter detergere. Et folia contusa, ac vulneribus malè agglutinatis superligata, illa denuò aperire.

Lupus neque à ferro, neque à fu- 99
ste, sed à lapide dumtaxat sibi timet.
Et cornix qua incidere in reliquias
comesse carnis à lupo, moritur, A-
lianus & Philes. Adde quòd si lupi
corio

corio iungatur leonis corium, depi-
lat ipsum, & alia similiter coria qui-
buscum fuerit, Rasis & Albertus.

100 *Quae sequuntur de Luscinys, eo
libentius hic à me recensentur, quod
illarum suavissimo cantu dum hoc
scriberem, aures meae demulceren-
tur; & summè exhilaresceret ani-
mus. Luscinys, inquit Plinius, die-
bus ac noctibus continuus & v. garru-
lus est sine intermissis cantus, densan-
te se frondium genere. Dignum mi-
ratu quod sit tata vox in tam par-
vo corpusculo, & tam pertinax spi-
ritus. Omnia tam parvis faucibus in-
sunt, quae tot exquisitis tiliarum or-
ganis ars hominum excogitavit. Ac
ne quis dubitet id artis esse, plures
singulis sunt cantus, nec ydem om-
nibus, sed suis cuique. Certant inter se,
palamq; animosa est contentio. Vi-
tela morte saepe vitam finit, spiritu
prius deficiente quam canu. Medi-
cantur*

tantur alia iuniores, versis que quos
imitentur accipiunt. Audit disci-
pula attentione magna, & reddit,
vicibusque reticer. Intelligitur emen-
data correctio, & in docente
quedam reprehensio. Hac
ex Plinio, qui nobis hac
Centuriam clau-
det.

ANTO-

ANTONII MI-
ZALDI MONLVCI-
ANI MEMORA-
BILIVM.

Centuria. VIII.

MIRATV & memo-
ratu dignum cenſeo,
quod traditum eſt
à Iouiano Ponta-
no. Caietana mu-
liercula, inquit, viro
pifcatori nupta, cum quo annos mul-
tos rem Venerèã miſcuerat, ut An-
tonius Pantormita pifcatoris ami-
cus nobis adoleſcentibus referre ſò-
litus eſt, poſt quartumdecimum an-
num è muliere in virum tranſijt, ex-
orto repente in muliebris naturæ lo-
co virili pene. Quo factò, quòd con-
ditiõis perpuderet ſua, ut qui à viris
pariter, mulieribùſque videretur, è
cui-

civili vita ad vita genus religiosum
transijt, vixitq; in monasterio, in quo
ipse eū nouimus, vita suæ reliquam,
sepultusque est Roma in templo Ma-
rie ad Mineruam. Mulier altera
nomine Emilia nupsit Antonio
Spensæ cini Ebulano, postq; duode-
cimum nuptiarum annum in virum
mutata est, hodieq; cum viris con-
uersatur, artes viriles exercens in pa-
tria: utq; relatum nobis est, nuper e-
tiam uxorem duxit. Hac ille, Libr.
decimo de rebus cœlestibus, ubi agit
de configurationibus quæ faciunt ste-
rilitatem & hermaphroditos.

Succinum seu ambra digitis, ac si 2
esset lutum, facile tractari poterit ac
fingi, si in ceram efferuescentem &
despumatam proyiciatur. Nam il-
linc adeo mollis & tractabilis edu-
cetur, ut etiam in sigillis commodè
uti possis, aut rebus alijs quas for-
mare tibi visum erit. Accepi à quo-
dam

dam ingenioso plaste & lapidario.

3 Lacerta viridanti ac porraceo tergo, mirè gesticulosa est conspecto homine. Nam ei, ut canis, crebro cauda motu pueriliter blanditur, illumq; à latitante, & insidiante per herbas serpente, quantū potest tueritur, Lemnius.

4 Lupi stercus in stabulis pecudum occultatum, non solum eas à consueto cibo deterret, sed etiam veluti cestro quodam maleficij actas, vitro, citroq; exagitari, balare & continenter trepidare cogit, ac si praesens esset, aut cum eis diuersaretur insensissimus ac voracissimus illarum hostis lupus. Quem vel ex solo odore latitantis eius fimi, sibi insidiari putant. Nec ijs rebus finem faciunt, donec ablatum senserint dictum stercus. Hoc sanè aucupio vidi quosdam impostores circumforaneos, iactantes se pecoris egrotantis, vel aliter affe-

affecti, summos esse medicos, magna pecunia simplices rusticos emunxisset, vel pro pecunia prapinguem ouiculam secum asportasse. Idem posse lupi caudam tradunt Rasis & Albertus, imò verò quiduis ex eo animali ad caulas translaturum, tantum est eius antipathia & naturalis discordia cum ouillo pecore uniuerso.

Canis cœlestis exortum sentiunt maria & terra, multa denique fera. Tunc feruent aquora, fluctuant in cellis vina, ac mouentur stagna. Sentiunt & sideris huius vires canes ipsi, quos eo toto spacio, maximè in rabiem agi non est dubium, Ex Plinio.

Flos calthe seu calendula, ut etiã cichorij, & aliarum aliquot plantarum, exortu Solis aperitur, meridie totus explicatur, & occasu clauditur. Ideoq, Solis sponsi quibusdam vocan-

MEMORABILIVM

vocantur flores huiusmodi, quòd dormiant & expergiscantur cū illo: crepusculis sopiti, desiderio quodam redeuntis amici. Nec de flore solum, sed etiam de folio circumactus ille cum Sole spectatur.

7 Cucumis quoties calum tonat, veluti perterritus timore, conuertitur. Qui vnus aquas mirè amat, & ad illas se extendit: oleum verò fugit, & ad id se intorquet. His addo raphanum vitibus inimicum esse. sicuti alibi ostendimus ex Aristot. Theophrast. Plinio & alijs.

8 Quidam cum per astus nocte vehementer sitiret, è somno surgens, potu non inuento, obuium malum fortè prehendit: id mandens, fauces sibi quasi manu precludi, strangulari^q sensit: simulq; à subeunte demone in obsessus, visus est in tenebris videre se a pregrandi nigerrimo cane vorari. Quæ postea restitutus, integra mente

mēte nobis ordine recensuit. Hūc nō pauci ex pulsu, calore, & scabritie lingua febricitare, ex vigilijs & mente perturbatione iudicabat. Hec Ioan. Fernelius, HENRICI Galliarum regis protomedicus, quo nō prestantiior alter. In cuius auditorio, nō minus diligēter quā attentē sedimus, & docentem magna animi voluptate auscultauimus: dignum sane qui superaret longenos Nestoris annos.

Cynocephalus femina, praterquā 9 quod non videt, fluxum etiam sanguinis mulierum modo, ex naturalibus emittit. Hoc autē sit cūm Luna Soli coniuncta non cernitur. Idcirco ad cognoscendam Solis & Lunę coniunctionem, Cynocephalos nuntiebant Egyptij. Horus & Plin.

Testatur prestantissimus & doctiss. vir Gaudentius Merula se vidisse in Augusta Taurinorum adolescentulam satis elegantem, & adeo libi-

libidinis avidam, ut quinque & tri-
ginta viros ordinis militaris ad coi-
tum feriatim admiserit. In hanc re-
vera apposita quadrabat illud, De-
lassata viros nunquam satiata re-
cessit.

11 Pythagorei, ut Athenæus testa-
tur, a piscibus abstinebāt ἐχεμύδιαις
ἐχεμύδιαις, id est silentij gratia, quod pi-
sces muti sint, & silentium quid di-
vinum dicerent. Addā ex Anton.
Ludovico Vlyssiponēsi medico pra-
stantis. quod Lampetra pestis tem-
pore frequenter comesta, innata vi
contra tam diram luem summè effi-
caces habentur.

12 Ostenti loco haberi potest quod
accidit anno à Virginis partu 1310.
cūm Henricus Luxenburgenfis in
Germania imperaret. Quo tempore
Margareta Olanda comes trecen-
tos ac sexaginta filios vivos vno par-
tu edidit: qui omnes baptismi cha-
racterē

raclere illustrati fuerunt, Autor Baptista Fulgosus: cui tantum fidei adhibetur, quantum quisque voluerit.

Sargus piscis, qui in Brundisino 13
visitur a quore, omnium fertur esse
superbissimus, & caprarum mirus
amarius. Ad quas secundum littus
maris pascentes accurrens, facile
capitur. Autor Gaudentius Merula.
Qui etiam tradit ex Anaxilao,
quod atramento piscis Sepia tanta
vis inest, ut eo in lucernis addito,
ceteris luminibus ablatis, astantes
Ethiops videri faciat.

In lacu Lario, qui nunc Comensis 14
appellatur, piscatores per hyemem
multas ciconias velut eximetas reti
in siccum trahunt. Quae veluti simul
iunctae, mutuo rostra ano inserta ha-
bent, & thermis calefacta, viva re-
periuntur. Autor est Gervasius Tiber-
lesius, adnotante Merula.

Arius, autore Apollonio, scribit 15
pennas

pennas ciconia efficere, si eas quis domi habeat, ne pueri sternitent. Ad-
do quod noctua in Creta non visi-
tur, & si eo adnecta fuerit, euestigio
moritur. Sic perdices non transuo-
lare Boeotia fines, lectum est. De
quibus mirum videtur quod Ar-
chelaeus tradit, nempe feminas in
hoc genere, audita tantum maris
voce concipere. Addit Theophra-
stus omnes in Paphlagonia bina cor-
da habere.

16 Magi putant rubetam fictili no-
uo inclusam, mediog, defossam agro,
arcere alites à semente. Verum in-
stante messis tempore effodiendam
esse volunt, & extra limites agri ab-
ijciendam, ne fruges fiant amarae.
Plinius.

17 In insulis Irlandia & Orcade,
quibusdam in locis quae mari alluun-
tur, arbores salicibus similes nascun-
tur, in quibus orta quaedam parua
pile,

pila, paulatim crescendo in aues a-
natum formam habentes effigian-
tur, rostro à ramis pendula. Quæ cū
ad maturitatem peruenerunt, suo-
pce nixu ex arboribus excussa eno-
lant, & in proximum mare decidūt.
Britanni vulgò Bernetas vocant.
Ex historia & annalibus, necnō re-
latione eius gentis.

Cor masculina coturnicis à viro 18
gestatum, & fœmina à fœmina, fa-
cit ut nec lites, nec iurgia possint in-
ter illos oboriri, aut spargi. His acce-
det, quòd si in corio lupi deferatur
cor turturis, gestans non capietur il-
lecebroso appetitu rerum venerea-
rum. Et si in sanguine hirci & succo
senecionis vitrū efferbuerit, aut ma-
ceratum fuerit, reddetur iam mol-
le, quàm est cera vel argilla: sic ut
quiduis ex eo fingi possit. Priori ve-
rò naturæ restituetur, si in frigidam
demergatur. Hac sunt Geberi, &

P post

post eum Alberti, necnō ingeniosi cu
 eiusdam ὁαλοῦργου, seu vitrary Biri-
 rici, mihi olim ex animo amici. Qui
 paulo antiē quā in fata cōcederet,
 me hoc eximio secreto, seu μυστικῶ-
 να quodam amicitia nostra, ultrō
 donare voluit. Cuius ego vicissim te
 participem libenter & amicē fa-
 cio, ut nostri quoque memor vi-
 uas.

19 Albertus tradit ad cōpendium rei
 familiaris calceos optimos, & penē
 dixerim incorruptibiles ferri ex co-
 rio asinino ea parte tergi qua onera
 bauit solet asinus. Nā nullo tēpo-
 ris tractu atteruntur: neq; si per lapi-
 des quis perpetuō ambulet, aut p̄ spi-
 nas: nimia tamē vetustate adeō du-
 rescunt, ut ferri non possint: quem-
 admodum scripsit Hier. Cardan. Ex
 quo hic etiā addo quod radix cucu-
 meris asinini cum nitro pilos equo-
 rum nigros, in albos commutat.

Apud

Apud Gratianopolim fons est qui 20
 quanquã calidas non habeat aquas,
 tamẽ simul cum ipsis aquis flammã
 persapẽ eructat : duobus eodem loco
 temporeq; simul manantibus inter
 se contrarijs elementis. Ex inc. l. s
 loci acceptum.

Radix Hellebori nigri inserta in- 21
 ter carnem & pellem iumentis à vi-
 pera demorsis, ipsum sanat, ut tradit
 Hieron. Cardanus. Ex quo etiã non
 pigebit addere, quod vulpes deco-
 cta, & in frustra diuisa, ac gallinis in
 cibo exhibita, illas per bimestre tem-
 poris spaciũ, à vulpibus securas red-
 dit. Idem continget in anseribus &
 anatibus.

Nemus araneus animal mordeat, 22
 mus ipse vitius captus creta circun-
 datur : que cum induruerit, suspen-
 ditur in collum, & sic non contin-
 getur à morsu. certissimum est, Ve-
 getius.

P 2 . . . Lip-

- 23 *Lippitudinem facile concipiunt qui cum tentato ab ea versantur: tam pernicem vim possidet oculus, ut in alterum iaculetur, vibretq; vitij rudimentum, Plin. Hinc scite admodum à Nasone scriptum est.*
- » *Cùm spectant oculi lippum, læduntur & ipsi,*
- » *Multaque corporibus transi-
tione nocent.*
- 24 *Maximè mirandum est regulum auiculam, veru ligneo perquam tenui infixum, semetipsum torrere & circumvertere. Sed lignum illud ex corylo recenter extractum esse oportet: quod non adnotavit Cardanus.*
- 25 *Licet mēspili arboris fructus astringentis sit natura, nihilominus pulvis eius lapillos in renibus vehementer comminuit, & ab illis excludit. Cuius rei periculum felicissimo successu à se factum testatur medicus*

*dicus doctiss. Anton. Musa Ferrar-
riensis.*

*Fulmina, tonitrua, grandinè & 26
horridos ventos quandoq; à demoni-
bus excitari credidit antiquitas, pu-
tauitq; vehementiore strepitu, ac ma-
le olentium graminum fumo dissol-
ui. Quod etiam hodiè pleræque ru-
stica mulieres in Italia factit are so-
lent. Nam tempestatibus imminen-
tibus, divi odoris pabula sub dio com-
burunt. Sunt qui ad cymbala & no-
las confestim aduolant, Thracum
modo. Qui, ut veterum docent histo-
rie, quàm horrida ingruerat tem-
pestat, armati districtis ensibus, &
agitatis crotalis, in nubes horrendo
clamore fremebant. Gaudent. Me-
rula.*

*Tradunt asinas tot annis sterile- 27
scere, quot hordei grana comederint
menstruo infecta : & novellas vites
tactu eiusdem menstrui, in perpetuū*

P 3 ladi

ladi: necnon apes illito alueo fugere,
& aliò Coloniã transferre, Plin.

28 Adeò venena plerunque vene-
natis sunt venena, vt aconitum ex
vino tepido datum percussis à vipe-
ra aut scorpione salutiferum esse ex-
perium fit a nonnullis medicis pre-
stantissimis.

29 Qui aliquando morfi fuerunt à ca-
ne rabido abstinere debent per an-
num integrum à quorundam ligno-
rum contactu præsertim corni arbo-
ris, vel sorbi, vt quibusdam placet,
ac sanguinea virgæ: quàm attracti-
lida esse putant multi. Siquidem, vt
testantur qui experimento rem com-
pertã habent, si harum arborũ vir-
gæ tamdiu manibus teneantur, quo-
usq; cõcalescant, illicò demorfi, rabie
exagitatur. Autor And. Matthiol.

30 Refert Abenzoar ex Arabũ
collegio medicus præstantiss. quãdo-
que in suis regionibus eò calamitatis
ventum

ventum fuisse propter famem, ut
 cadauera mortuorum è sepulchris
 eruerent homines, quo osium mu-
 sculosa carne exutorum medullas
 sugerent. Res vel solo auditu hor-
 renda: quam ut à nostris nepotibus
 & nobis auertant superi precor &
 opto.

Scribunt M. Varro, & Cato, quòd 31
 si amurcam ad medium coxeris, &
 ex ea fundum, angulòsque ac pedes
 arca inunxeris, ubi aruerit, vestes
 aut res alias in ea conditas à tineis
 vindicabis.

De omnibus volucris columba- 32
 rum collegium maximè fecundum
 esse solet. Nam in omnibus 40. die-
 bus columba pregnans est, parit, fo-
 uet, incubat & enurit: tantùm ces-
 sans ab hyberno Solstitio, ad vernū
 usque equinoctium. Sed nigrarum
 columbarum mira est natura: nam
 maribus vita functis, ad secunda

P 4 carnis

carnis desideria nullis illecebris adduci possunt. Quae etiam amicitia maribus inest erga defunctas feminas, Aristot. Plin. & Albertus.

- 33 Illud peculiare sibi vindicauerunt maiores galli, quas glandifera arbores pariunt, ut quotannis aut bellum, aut annonam sterilitatem, aut pestilentiam suram praenunciet. Nam si aperiantur, quae integra sunt, musculam araneolam, aut vermiculum intus exhibebunt. Si muscula enolat, futuri belli erit praesagium: si reperit vermiculus, penuria annonae figurabitur: si cursitat araneola, pestilentium morborum prouentum indicabit. Haec rusticorum est astrologia, multis seculorum observationibus pro Sibylla folijs habita.
- 34 Mirum est quod digitus magnus dextri pedis, cinere stellionis cum oleo, vel melle, inunctus, late sufficere potest ijs qui atate, vel aliter, mortuum ferè habent penem, & rebus Veneris.

reis peragendis parum sunt idonei.
 Auctores sunt prisca illi rerum natu-
 re indagatores solertissimi, cum ple-
 risq; recentium.

In sacris ethnicorum, hederæ & 35
 myrtus, ut scribit Diodorus, vitibus
 longè præferebantur. Quòd hæc folia
 amittant, ille continuam seruent vi-
 riditatem. Addo in libris Aruspiciū
 traditū esse, Seruio auctore, abietem è
 cælo fulmine tactam, domini, aut
 domine interitum prædicere.

Albertus Magnus auctor est, in Go 36
 thorum tractu fontem adeo gelidum
 esse, ut omnia in illum proiecta lapi-
 descant. Cuius rei experimentum à
 Friderico primo factum fuisse asse-
 rit, missa in fontem eum ex chirotecis
 altera, cui, ne falleretur, sigillū pro-
 priū in cera expresserat. Huius itaq;
 dimidia pars fons demersa, in lapidē
 induruit, reliqua manente integra.

Pentaphyllum Ioniali potestate 37

P 5 venenis

venenis resistit: Cuius folium unum,
bis quotidie, manè nimirum & ve-
spere ex vino bibitum, ephemeram
febrim curare traditur: tria, tertia-
nam & quatuor quartanam, Mar-
fil. Ficinus.

Canceri fluviales morsus à rabi-
do cane mirifice prosunt. Sed y post
canis sideris exortum, Luna xiiij.
cum Sol Leonem est ingressus, vini
in patella sunt adurendi, & in pulve-
rem tenuissimum atterendi. Cuius
cochleare unū ex aquæ cyatho pro-
pinatur, dum adhuc recens est mor-
bus, augendaq; quantitas, si inuete-
raverit. Eo remedio vim adeò effi-
cacem inesse scribit Galenus, ut nul-
los perisse dicat, quibus in tempore
exhibitum fuit.

39 Narrat Rondeletius medicus præ-
stantissimus in libro de piscibus, ra-
nam vulpecula per noctem in litore
vagantis pedem corripuisse, ac reti-
nuisse

nuisse usq³ ad auroram, quo tempore
illam pretereuntibus comisit. Quod
de marina rana intelligendum puta-
rem: qua exenterata, si inducatur
candela accensa, horrendo spectacu-
lo transluet. Si de alia accipis, quid
occultum fateberis.

Mensibus laborans mulier, si nu- 40
da segetem vel hortum ambiat, eru-
cas, vermiculos, scarabeos, & noxia
cetera animalcula concidere tra-
dunt, ut infra paulo fusius explica-
bimus. Etsi in defectu luminarium
menstrua mulierum illuies descen-
dat, irremediabilem esse aiunt. Nec-
non coitus silente Luna agitato, ma-
ribus exitiales fieri ac perniciosos,
Gaudent. Merula.

Gallinae vinaceis sterilesunt, hor- 41
deo verò semic octo numerosiora pa-
riunt oua, ac maiora. Adde quod si
pediculis infestentur, ut etiam anse-
res, vel alites alie, illius olei ex

lino facile curabuntur. autores sunt
prisci Geoponici Graci & Latini.

42. Accipitri amica sunt salvia at-
que mentha, & ex arboribus abies
ac salix. Huius plumas si mutare vo-
les, carnes muris cum pisciculorum
pulvere illi exhibeto: aut pulpamentum
galline, serpentium carnibus e-
ducat. Ex quodam regio aucupe
& falconario, ut vocant.

43. Alianus tradit taurum man-
suescere, si dextrum ipsius genu fa-
scia deligetur. Accedet ex Seneca
quod sicuti tauros rubicundus color
excitat, ita mappa alba ursos ac leo-
nes proritat. Caterum si sanguis vel
pinguedo ursi in scrobe aut vase sub
lecto ponatur, conuenient eò loci pu-
lices, ac morientur, ut scribit Ar-
naldus à Villanoua.

44. Africanus ex Geoponicis vnus,
affirmat frumentum supra mensu-
ram incrementum accepturum, si
nitrum.

nitrum & eius spumam trueris, ac tenui terra miscueris, acernisq; sumentarijs immiscueris. Eadem res illasem ac integrum diu seruabit.

A tuberculis elephantia & faciei 45
leprosa multi liberati sunt sola lotionne aqua distillationis fragorum, illis prius in vase vitreo sub fimo putrefactis, Conrad. Gesnerus. His addatur quòd fructus balsamine adeò pingui abundat, ut si maturus in vaseculo sepeliatur, spontè in oleũ trãseat, ad multa efficacissimum.

Quum segeti, arboribus, aut vitibus nebulam, siue rubiginem timebis. sarmenta vel palearum acernos & euulsas herbas per vineas, camposue incendito, fumus medebitur, Plinius post Græcorum Geoponicos.

Vt arma & instrumenta quavis 47
ferrea, aut chalybea ab erugine, & ferrugine vindicentur, ac splendida maneant, illinantur aceto alumini mixto.

mixto, aut cerusa, vel cerui medulla. nam hac oleo prestantiora habentur. Sed omnium prestantissimum fuerit ac utilissimum, si plumbi scobem tenuissimum in plumbeo aut ferreo mortario diligenter subegeris, addito pauco oleo de spica (quod vltra conceptum scopum ad odoris gratiam plurimum faciet) & eo veluti unguine, ferrum aut chalybem illeueris. Hoc modo etiam per aquas & vaporosum aerem, arma quacuis ab omni eruginis & ferruginis labe immunia portabis. Ex quodam armorum perito fabro.

48 *In capite cancrorum reperitur lapillus figura planus, qui acerrimo aceto immissus, motum manifestum habere deprehenditur. Huius puluere audio multos feliciter vi ad conterendos renum calculos.*

49 *Credebat antiquitas verbascum tusum cum sua radice, & vino aspersum,*

sum, folioq, inuolutum, ac ita in cinea
re calfactum & strumis impositum,
eas abigere, si hoc fecisset virgo ieiuna,
ieiuno: & supina manu tangens
dixisset,

Negat Apollo pestem posse cre-
scere.

Quam nuda virgo restinguat.
Atque ita rector sa manu hoc dicen-
dum erat, & ter despuendum, Gau-
dent. Merula ex Plinio, ut puto.

Si quis, ut Democritus attestatur, 50
cerurcaudam vstam & tritam cum
vino aliquantulum tepido illinat te-
stibus ac peni, veneris titillationes
experietur intentiones. Soluetur
hic impetus olei inunctione, Rasis
& Albertus. Sunt qui idem pol-
liceantur de pudendo lupi, quod
matrimonio copulatis scriptum
sit.

Radix peonie, quod solaris sit, e- 51
ruta Sole tenente Leonem die &
hora

MEMORABILIVM

hora Solis, necnon Luna crescente lumine, portantem ab epilepsia liberat, ut scripsit Marsil. Ficinus. Adde ex Dioscoride, quod qui tres quam minimos punice arboris cytnos deuorauerit, eo anno nullam lipitudinem patietur.

52 Rubeta cocta & pro emplastro cyananchicis imposita adeo prodest, ut Cardanus affirmet quendam, cui ceu moribundo, iam accense fuerat candela, hoc auxilio a se liberatum fuisse. Fortasse & filum quo suspensa rubeta interierit, idem prestare poterit.

53 Pauonis caro assata, ut D. Augustinus se expertum fuisse tradit, per integrum mensem sic seruetur, ut neque sapor, neque odor deterior reddatur. Per annum quoque id fieri experimentum aliquando produxit: nam corrupta non est, quin potius contabuit & emarcuit.

54 Si testes anserum, mensibus sedatiu

is ilico à muliere comedantur, non solum ad excitandam libidinē conferre dicuntur, sed etiam ad sobolem procreandam. Idem etiam effici ab viro leporis lectum est. Rasis & Albertus.

Quid illud, inquit Gaudent. Me- 55
rula, quod per hanc etiam nostram
atatem Venetijs publica Censuram
tecta nullum muscarum genus ingre-
ditur? Quid quod Toleti, que Hispaniarum est ciuitas celerrima, musca
duntaxat vna, nec plures, toto anno
in publico macello spectatur; ut tra-
dit Leo Bapt. Albertus? Si modū
requiris, auro multo ab alijs tibi cō-
parandum, gratis à nobis illum ac-
cepisti Aphorismo 98. Centuriæ 3.

Vrsina tanquam insalubris, ta- 56
men apud Germanos in precio ha-
betur, sed manus precipue, quas vel
principes viri appetunt, ut scribit
Michael Herus. Hinc sanè miran-
dum.

MEMORABILIVM

dum non est, si per hyemem, quâ totâ se illatebrant vrsi, eas avidè sugunt, tanquam alimenti quidpiam, inde percipientes, sicuti in superioribus docuimus.

57 Lachryma vitium, quæ velut gumi in caudicibus earum concrevit, ex vino albo pota, renū calculos mirè dissolvit. Illa vero lichenas psoras & lepras curat: sed prius nitro perfricari debent. Pro experto mihi communicatum & traditum.

58 Baptista Fulgosus refert iuxta Sirminum urbem Pannoniæ, capreolos verè aureos in vitibus quandoque repertos fuisse, ex quibus percussa fuit aurea moneta. Quod etiã multi prestantes viri temporibus nostris viderunt, inquit Gaudem. Merula. Vide aphorif. 1. Centuria 2.

59 Olavi Magnus in historia Gothica tradit, saxa magna nō aliare facilius rumpi, quam lardo accenso.
Addo

Addo, et si τωδρερον, quòd si quispiam dormiturus penes se apposuerit, ramusculos cannabis humide, à culicibus minimè infestabitur. Res multis experta & probata.

Si quis caput conspergat cinere col 60 lecto ex cremata anguis senecta, dū Luna plena lumine, fuerit in prima parte Arietis, somnia terribilia videbit. Si ex eodem in aqua macerato faciem lauet, formidabilem appare refaciet: si sub planta pedis habuerit, gratiosum coram magistratibus ac principibus reddet. Cardanus.

Cimices lectularij septem, folliculo vna maioris, aut pruni spolio excepti, & ante febris accessionem vini deuorati, non solum quartanarijs remedio sunt, sed etiam percussis ab aspidē, Dioscorides.

Osficulū hominis quodcumq, ap- 62 pensum ut carnē attingat, doloribus ven-

MEMORABILIVM

ventris qui certa periodo repetunt, prodesse existimatur, & annulus ex bubalorum cornibus concinnatus ac gestatus, guttam in grampan, ut vocant, hoc est musculorum sura conuulsionem impedit. Idem etiam prestat, idem, certo certius, unguis alcei portuuncula nuda, vel annulo inclusa & gestata. De qua scriptum est a nobis Aphorismo 79. Centuria 6.

63 Ne formica arbores conscendat, lupinus cum fracibus teritur, eoque ima linea circumlinatur. Easdem ne vexet rubigo, palcarum fumus prohibet dum intempestiuum urget frigus verno tempore. His addatur, quod si aque, (vel asine, ut quidam scribunt) sed non virginis, caluaria intra hortum ponatur, quaecunque spectabit, sua presentia fecundabit, Ex Gracis Geopon. Columellamtem, Plinio & Palladio.

64 Aureum colorem metallis ac lapidibus

pidibus sic induces. Accipe salis ammoniaci, calchanti albi, singulorum partes quatuor aequales: salis lapidei & aruginis partes tres ex unoquoque. His in tenuissimum pulverem redactis, annulum, lapidem, aut metallum quoduis ita adobruere, ut à dicto pulvere circumtegatur. Postea sic in ignem per horam impone, & extractum recenti urina immerge, ablue & deterge. Ex cuiusdam ingeniosi artificis experimento.

Plerique nascentes in ipso momento & terra moris, semper paucis. In tonitruo languidi fere sunt, ac meticulosi: ardente cometa, velut amentes rapti: interlunij tempore, aut non vivunt, aut debiles fiunt, & saepe numero, ut scribit Aristoteles, atrabile laborant, vel supra modum melancholici evadunt.

Arcus aquarius, vel si manus, 66
iris,

MEMORABILIVM

iris, in quas veluti procūbens, defle-
ctitur arbores, mira odoris suavia-
te eas replet, dulci hiatu cœlitus in-
spirato, Plutarch. Adde nonnullos
absq; igni, ona funde imposita, celeri
ac multa agitatione, dum urget ne-
cessitas, excoquere. Quod Baby-
lonios fecisse leges apud Cal. Rhodi-
ginum.

67 Tradunt eum qui in picato vase
biberit, comitalem morbum expu-
gnaturum. Et qui in pelle ouina dor-
mierit, vera somnia visurum. Exi-
stimantur præterea fetus in utero
contineri, si vermis qui in gramine
reperitur, antequam terram at-
tingat, vinctus collo suspendatur. Ex
Plinio.

68 Animalium pili, succo foliorum
cucurbitæ per calores imbuti, non
parvo rei miraculo, animalia ipsa à
muscarum iniuria, alioquin illis per-
molesta, vindicant ac defendunt.

Res

*Res multis expetita, & equitanti-
bus apprimè utilis ac necessaria.*

*Lamina auri super cerebrālē su- 69
turam gestata, cerebrum roborat.
Eadē e regione cordis appensa, pal-
pitationem illius curat, latitiāq;
auget. Super renes posita, illos con-
firmat, refrigerat, & nephriticos do-
lores sedat. Sed pro his ego illam o-
ptarem ex purissimo auro, Sole in
Leone versante, & Ioue foeliciter in-
tuenēte cū Luna, fabricari ac percū-
ti, ut antea monstrauimus: Ex Her-
mete, Arnald. Villan. & Alberto.*

*Vt puteus perennitatis fidem ha 70
beat, tunc effodiendus est, cum Sol
ultimas partes virginis obtinebit,
ante equinoctium autumnale. Nam
eo tempore explorantur vires aqua-
rum putealium & fontanarum: cum
ex longa siccitate aëstatis terra hu-
more pluuiali careat. Architecto-
rum hæc sunt documenta.*

Ætius

MEMORABILIVM

- 71 *Itus à venenoso reptili, siue à rabioso cane demorsus, diligenter cauere debet, ne animal cuius causa laborat, inueatur ante adeptam pristinam valetudinem, etiam si conualescere incipiat. Auiunt enim medici Hebrei, illum aut interiturum, aut è recidua periclitaturum.*
- 72 *Irrumpentes vi tonitrus aquas secundas esse, autor est Plutar. Necnon eas que corruscante fulgetro demittuntur, nam frugum altrices esse prædicant agricole, ut ille idem scribit.*
- 73 *Actius consulit canem summa diligentia sepeliendum, qui morbo ab homine contracto perierit. Nam graues plerosque affectus homine liberato, in eum transfundi certum est.*
- 74 *Tradit Rondeletius post Plin. experimento compertum esse squatinam piscem mammis mulierum super-*

superpositum, illas adeo constringere, ut virginum mammis assimilentur. Poterit & genitalibus partibus earundem similiter facere. Arrigant aures muliercula cultui & voluptati studentes.

Si dederis epileptico tribus diebus sequentem antidotum dum Luna Ioui coniungitur, eius saluti plurimum confules. Accipe maceris, seminis peonia ac radicis eiusdem, drachma dimidium, foliorum caryophyllata, & primule veris (qua quibusdam est bellis) drachmam unam: tere, & cum vino albo ieiuno exhibe.

Volaterranus est autor, suo tempore inuentum esse rusticum, qui cum per fenestram aperto ore in agris dormiret, & serpentem per fauces hiantes intra corpus admisisset, sese statim allys commanducatis, ceu praesenti amuleto, curauit. Virus tamen

Q

uxori

MEMORABILIVM

uxori in coitu (res mira) instillauit,
& morte comite transfudit.

77 Aunt buglossum illud quod tres
emittit thirso, cum semine & radi-
ce tritum, potumq̄, contra horrores
tertiana febris valde prodesse: quod
verò quatuor, quartanarios iuuare
in vino coctum & potum. Autor
Dioscor.

78 Ebur verum cum in terram ca-
dit, facilius frangitur, cetera ossa,
tenaciora sunt, Gesnerus. His addo,
& si πάρεργον, quod quo acrior est
equus, eò amplius in bibendo nares
mergit, Pl. Et quod cōtra grandinē,
noctua pennis & alis patentibus ex-
tensa utiliter suffigitur, vel ferramē-
ta sepo vsino inunguntur, ut tradit
Palladius. Quod pro arboribus &
vitium putatione accipiendum du-
co.

79 Boum morbis commendatur sul-
phur viuum, alliu syluestre, & ouum
coctum.

cōctum. Omnia hæc trita ex vino sunt exhibenda, ut vulpinus adeptus, Plinius. Non omittatur, quòd fœmina omnes quæ duplices habent pupillas, ubiq; visæ nocent, Cicero.

Rana alicui loco pectore multum incubans, indicium est aquæ ibi latentis. Et semel à scorpionibus percussæ, nunquam postea à crabronibus, vespis, apibusque feriuntur. Adde si placet, quòd bufo ictus ab araneo, vel serpente, admorsa plantagine sibi medetur, Plinius.

Si quis velit masculum generare, liget pedem suum dextrum fascia alba infantis: si fœminam, sinistrum fascia nigra, & mulierem ineat. Sunt qui in eam rem dextrum testiculum, pro gignendo masculo ligent: & sinistrum, pro fœmina. Alij oppositum profitentur. Sed quidquid illud est, sicuti coniugatis experiendum

Q 2. relin-

MEMORABILIVM

relinquimus, ita suspectum censemus.

- 82 Ferunt lapides inuentos & comprehensos in corpus arboris, remedio esse ad continendos partus, Plinius. Ex quo etiam addo quod herba vrina canis irrigata, & sine ferro enulsa, luxatis medetur.
- 83 Verrucas folijs ficulneae contactas, aboleri aiunt & vanescere, si folia ipsa sepeliantur. Sunt qui idem ascribant cordi columbino. Alij singulas, singulis salis grumulis tangunt, qua postea in clibano comburunt. Serapio idem praecipit de cicerum granis, sed post contactum, retrò proiciendis, maxime in ipsis mensium calendis. Puto superiora esse Arnaldi Villanouani.
- 84 Vineas plantaturus debet quercineam glandem contusam & eruum fractum simul miscere, plantarumq; & propaginum locos inde aspergere. Hec

re. Hec ad radicationem, vini vetustatem, & fertilitatem plurimū conducunt. Autor Africanus in geoponicis.

Cynocephalus mas (Ægypti fera 85 canino capite, unde nomen habet) vsque adeò silentis Luna vices dolet, vt nec videatur, nec manducet, dum illa lumine orba delitescit: sed tanquam raptum sidus lugens, demisso in terram vultu insolentem fateatur tristitiam. Fœmina verò absentis refricans desiderium, eodē interlunio mœret. Inde concita oculorum cœcitate, non prius liberatur, quam menstruus sanguinis cursus erumpat, vt dictum est Aphoris. 9. Centyri huius.

Neq; morbus sacer, neq; demon, 86 neque fulmen, locum infestat, in quo est laurus: unde boni geny plantam, laurum, Romani vocant: cuius rami, si in aruum defigantur, rubiginis

Q 3 nis

MEMORABILIVM

nis noxam in illos conuerti scripsit
Apuleius, autore Berytio in Geopo.

87 Raphanus detractis folys incun-
dior est, quemadmodum & rapum.
Cui ne noceant pulices, aut bestiole
ei adnascens, erum interferendū
præcepit Theophrastus. Qui etiam
tradit eundem raphanum vitibus
esse inimicum. Nam si in vicinia ea-
rum seratur, diffugiunt: ut alibi do-
cuimus.

88 Adamas intantum dissidet cum
magnete, Indico præsertim, ut iuxta
positus, vel, secundum Albertum,
suppositus, aut superpositus ex quo-
rundam sententia, ferrum non pa-
tiatur ab eo abstrahi & rari: vel si
apprehenderit, auferat. Quo argu-
mento probari poterunt veri ada-
mantes adulterinis, qui hodiè multi
sunt. Sed eam à veritate hodierna
negat experientia: nisi omninò falsi
sunt adamantes, ut paulò plenius in-
frà dicemus. In

*In alio animali par opus libidinis 89
non reperias quam in perdice. Nam
si contra mares steterint foemina,
aura ab his flante praegnantis fiunt,
Hiantes autem exerta lingua per id
tempus astuant, concipiantq, superuo
lantium afflatu: saepe voce tantum
masculi audita, Autore Plinio,*

*Si gallinacei florem una in cibis 90
de gustauerint, uvas non attingent.
Sunt qui ad cenanthen syluestrem id
referat, qua cibo incocta, & illis pro
iecta, fastidium gignit uvas appeten
di. His addam quod brassica & ru
ta tanta est inimicitia, ut iuxta feri
nolint, Fracastorius.*

*Vbi animal quodpiã pilosum, aut 91
lanigerum, vel etiam homo ipse, ob
acceptum vulnus vel aliter, vermi
bus scatebit, si ex pilis eius, vel lana
quidpiam ante Solis exortum occul
taueris sub cortice eius arboris,
quam vulgò Tremblam, vocant*

Q 4 (populi

MEMORABILIVM

(populi nigra species est) & aliquot dies id facere perseveraueris, videbis miraculo quodam vermes decidere, vel emori, aut stationem deferere. Sunt qui betula id etiam ascribant, necnō radici sylvestris cichory, in modum crucis, collo appensa. Quod nos in cane obseruatum vidimus, cui à vermibus excessa erat propemodum altera auricularum.

92 Dēs taxi, vel eius pes sinister brachio dextro hominis alligatus, memoriam eius roborat. Et scobes expu-
dendo cervi cum aqua stillatitia car-
dii benedicti pota, pleuriticos sum-
moperè iuuat. His addatur, quod
lupi cauda alicubi sepulta, vel suspē-
sa, hinc muscas arcet. Albertus &
Cardanus.

93 Verbenā columbis gratissima her-
bā, in natali D. Ioannis se redimunt
muliercula, & rustici, putantes se per
cum annum à dolore capitis immu-
nes

nes fore. Sed in eam rem potius col-
ligi debet ante Solis exortum, Cani-
cula astro emergente, & Luna non
aspiciente. Ex Marsil. Ficino.

Experimento certissimo proba- 94
tum est, vltis corijs veteramentorū
sunt, serpentes efficaciter fugari. ne-
que eos solum qui in agris & domi-
bus oberrant, sed qui in hominū cor-
pora ingrediuntur, dum aperto ore
in campis dormiunt. Quod Marc.
Garinaria medicus celebris scribit
suo tempore cuidā homini accidisse.
Cui cū frustra adhibita essent innu-
mera remedia, de omnibus prastan-
tissimum fuit veteramentorum fu-
mus & nidor, per infundibulum ore
exceptus & in corpus transmissus.
Nam cū primum immanis fera
(erat enim vipera pragrands) fu-
mi nidorem præsensit, visa est à cir-
cumstantibus egredi per annū, ma-
gna omnium admiratione & stupore.

Q 5 Si

MEMORABILIVM

- 95 *In vulturibus natura concipiendi singularis est, & à ceteris discrepans. Nam illi, vt D. Ambrosius adnotauit, nullo fruuntur cōcubitu, nulloque masculi semine concipiunt, sed citra coniunctionem generat. Vnde vultures omnes feminas esse scribit ex Egyptiorum experimentis. Horum secutus, & eas Euro gravidas reddi, aut flante Borea: & apud Hispanos equas, zephyro spirante. Quanquã Aristoteles testatur, Vultures facie aduersus austrũ exporreta volare, atq; sic pregnãtes fieri.*
- 96 *Raphani in salis cumulos & salinas proiecti, vel cōsepulti, in aqueam saluginem massam totam deliquescere ac resolu cogunt. Ex quo multi aduersus calculum & tophos arenaceos in corpore concretos, aquam ex corticibus, vel toto corpore raphanorum expressam, cum vino albo & puluere terebinthina, ex adustione, vel*

velreficcatione ad Solem, salubri-
ter, & successu admodum felici ex-
hibent. Res probata, & nullo auro
equiparanda.

Omnia quæ crescente Luna gli- 97
scunt, augentur, & succulenta eua-
dunt, ea deficiente marcescunt, &
exucca fiunt. Quanquam in quibus-
dam est àyrinoda. Nam cepa, ut
autor est Plutarchus, Luna dece-
dente reuivescit ac congerminat: &
ea adolescente inarescit, proinde quæ
Egyptij & maxime Pelusota, à
cepis religiosissimè abstinebat: quòd
sola ex cunctis oleribus contra Lu-
ne augmenta & damna, minuendi
& auerscendi, sicuti repetit Gellius,
vires habeant contrarias.

Qui marinos pisces cursorijs equis 98
in vrbes vehunt, sepes leucacanthis
seu albispinis florentibus vestitas,
cane peius & angue deuitant, vel
mira celeritate effugiunt. Quod
pisc-

MEMORABILIVM

piscarias equorum sarcinas vel in ipso transitu repente labefactari longa & sola experientia intelligant, quemadmodum adnotavit praestantissimus medicus & philosophus, Ioannes Ruellius, alterum Galliae nostrae decus & ornamentum.

99 *Saxo Grammaticus in historia Regum Danie tradit, in oppido Rugianorum, viribus & prestigijs cacademonum olim effectum esse, ut mares cum feminis coeuntes, canum more cohererent, & ita agglutinarentur, ut diuelli non possent, nisi perticis utring, appensi, ridiculum spectaculū populo exhibuissent. Sed tam obsceni coitus, inquit, diabolice fraudes detectae fuerunt, cessaruntque demolitis & dirutis statuis demonum, qui ludibrij huiusmodi autores erant ac praesides. Ex Ioanne Langio in Epistolis medicinalibus.*

Si

Si asini cicutam liberalius depa- 100
scantur, somno profundissimo & tem-
pore inexpugnabili corripuntur, ita
ut nō tantum stupidi, sed planè mor-
tui videantur. Quod rusticos rei hu-
ius ignaros fefellit. Nam dum asinis,
quos ob id mortuos credebant, pel-
lem ad usum detraberēt, accidit ut
in medio ferè operis asini experrecti
sint, magno excoriantium terrore, &
& ingenti spectantium risu, ut tra-
dit diligentissimus & doctiss.
medicus, Andreas Mat-
thiolus suis in Diosco-
ridem Commen-
mentarijs.

ANTO-

ANTONII MI-
ZALDI MONLVCI-
ANI MEMORA-
BILIVM.
Centuria. IX.



ALDE memora-
bile, & in primis
admirabile existi-
mabis quod à Ioan-
ne Langio insigni
medico scriptū est
in quadam epistola ad Achillem
Gassarum. Mulier quedam, in-
quit, ex oppido Eberbach fetum vi-
uentem aliquot menses in utero ge-
stauit, ac tandem in matrice compu-
truit. Et quum anno post decimo,
miseranda illa proflumio alui ob in-
testini exulcerationem laboraret,
ossa de crurib. & cerebello infantuli
denigrata, carieq. obrita (incredibili
dictū, ait ille, sed verissimū) tandē
excreuit,

excreuit, nō per vulua ostiola, sed per
anū. Quod fieri posse, & nouū nō esse,
his verbis ostendit Oribasius Iuliani
Imp. medicus prestantiss. Sciendum,
abscessum vteri quandoq; rumpi &
purgari per vulua ipsius os, quando-
que per vesicam, ac sēpè etiam in re-
ctum intestinum abire.

Quidpiam de umbilico infantis 2
recenter nati, in argentea capsula,
vel annulo inclusum, & ita gestatum
vt carnē attingat, aduersus coli cru-
ciatus, summe pdesse certissimo ex-
perimeto multorum accipi. Nec non
plantā eam quæ rubia tinctorū vo-
catur, diu manibus contentam, lotiū
tingere. Ex quo ictericos inuare su-
perius ostēsum fuit. Si forsan repeti-
tione vitimur, memineris prouerby:
δις γὰρ τρις τὰ καλά

Folia filicis cimices necant, & ser 3
pentem non recipiunt. Ideoq; filicem
plantare, aut sternere in his locis
qua

MEMORABILIVM

que serpentibus sunt obnoxia, vile admodum est. Solutus etiam nidor cōbusta, illos fugit & abigit. His adde-
mus, quod filum madefactum, aut intinctum oleo in quo semina staphis agrie attrita fuerunt, pediculos necat, si capiti circumdetur, Alberti. Dioscor. & alij pleriq₃.

4 Ex absinthio fumaria, passis v-
uis purgatis, myrobalanis citreis, po-
tio fit commoda contra pruritus &
scabiem. Adde quod illud idem ab-
sinthium cum cortice citri, aceto aut
vino incoctum, oris fetorem a gin-
giuarum & dentium putredine, &
matarum corruptela in ventri-
culo, mirandum in modum emendat,
Ioan. Mesue.

5 Lapatii folia ventrem cient, se-
men verò assumptum stringit, Gale-
lenus. Præterea primum blitorum
decoctum cum felle bubulo & oleo
tartari, quascunq₃ maculas vestimē-
torum

torum, absq; vlla iactura deterget, etiam si ex oleo fuerint. Sed post detersionem aquâ tepidâ lauari debet locus. Res nota & facilis.

Testudinis quavis fide, quo voles modo attemperata, si ei correspondentem in altera testudine attemperas, intendendo & remittendo, cum sonum edet similem sono alterius tibi antea non audito, altera illa velut exultans concutitur, tanquam simili sua attemperatura sono gaudens & harmonia. Eam vero concussionem festuca tenuis illi antea imposita, aperte declarabit: adeo ut etiam saxeus homo admiretur sonis ipsis, aut corporibus sonoris, inter se tantam esse cognationem & συμπάθειαν, ut sibi similibus delectari videatur, Auctor Iacobus Syluius ex Boëtio, sicuti antea, ut opinor scripsimus.

Apibus summe sunt inimicitia cum vespis, crabronibus, mulionibus,

MEMORABILIVM

*bus, hirundinibus (vel ut alij legunt
hirudinib' (ranis, ouibus & cancris.
Sic cameli naturale odium gerunt
aduersus equos, & hircinus sanguis
cum adamante, Plinius & Aristo-
teles.*

8 Tradit Olaus Magnus Gorbos
concitato in nubibus fragore & toni-
tru, consueuisse excutere ex arcubus
sagittas in aëra: ut ostenderet se vel-
le opem ferre suis dijs, quos tunc tem-
poris ab alijs oppugnari putabant,
imò verò sibi re vera persuade-
bant.

9 Ligatum à quopiam malefico sa-
nare creditur picus auis comesta:
adhac suffitus ex dente hominis mor-
tui: et si corpus totum inungatur felle
coruino & oleo sesamino, ex Cleopa-
tra. Vel si argentum vinum in cala-
mo, aut auellane nucleo vacuo cum
cera occlusum, sub puluinari male-
ficio laesi collocetur, aut sub limue
ostij,

ostij, per quod is in edes vel cubiculum intrat. Hac Ioan. Vniuersus medicus illustrissimi Ducis Clinie, libr. 4. de præstigijs damonum, & incantat. ac veneficijs.

Non desunt impostores, ut autor 10 est Brasauolus Ferrariensis, qui lapidem amiantum simplicibus mulierculis ostendant, & plerumq; magno vendant pro vero ligno crucis Seruatoris nostri. Id quod facile credunt, cū igni non cōburatur, quodq; ligni modo conficit plurimis lincis intercurfantibus.

Hyemato lacu fluctibus glomerata 11 voluntur anguille, intantum mirabili multitudine, ut in excipulis eius fluminis, ob hoc ipsum fabricariis, singulorum militum globi reperiuntur, Plinius.

Instrumentorum fides seu chor- 12 dule minutim excise, & carnecens cocta (sue elixata fuerit illa, sue

MEMORABILIVM

siue assata) inpersa eam vermiculo-
sam, putrem ac insalubrem esse, dis-
cumbentibus, incunde mentiuntur.
Quisquis rei huius conscius erit, utili
impostura solus pro arbitrio vesci po-
terit. Sic leporis sanguis desiccatus,
& in pulverem attritus, sanguino-
lentas & saniosas esse carnes perbellè
imponit: adeò ut illas omnes nau-
seabundi, auertentur ac reiciant,
exceptis ijs qui doli participes facti
fuerunt.

13 Si pilos vel barbam citò nasci vo-
les, cinere combustarum apum, &
soricis stercore cum rosaceo linimen-
tum compone, & locum pilis vel ca-
sarie vestiendum ac decorandum
dies aliquot munge. Poteris addere
cinerem corticis auellane, castane,
dactylorum, vel fabalium. Ex Ioan.
Bapt. Porta, nisi fallor.

14 Lapidem ex busone (qui Gallis ut
diximus, crapaudina vocatur) ad
hunc

hunc modū eliciunt nonnulli. Bufo in quampiam caueolam cum panno puniceo detruditur, Soli ardētissimo dies aliquot exponitur, ibiq; tantisper retorretur, ac siti excruciat, donec onus capitis per os deponere & enomere cogatur: quod per medium caueae foramen, vasculo supposito, excipi debet vel aliter detrahi, idq; celeriter, ne ab eo resorbeat. Sunt qui paulo tutius ac facilius rem eā exequentur, bufonem pertuso, multis locis, fictili immittendo, & formicis depascendum in myrmecia exponendo. Sic enim fit, ut exesa eius carne, lapis ipse cum ossibus relinquatur: sicuti frequenter a nobis, & alijs pleriq; expertum fuit.

In haemorrhagia narium nonnulli 15 accipiunt recentia porra nouem aut decem, filo media transfigunt, folia extrema amputant, eaq; circumdat collo, sed obuersis ad nares folijs, & de-

MEMORABILIVM

Et deorsum capitib. cōuersis. Vtile est etiā olfacere capburā in aceto dissolutam: ad hanc, lingua subijcere radicem peonia, Iacobus Hollerius.

- 16 Plinius scribit leonem ubi sauit, in viros plus quā in fœminas fremere: veluti natura eum docuerit, mulieres mitius quā viros esse tractandas. Quod etiam Aristoteles innuisse videtur, querens, Cur mulierem interficere iniquius sit, quā virum: cum natura ratione, mas fœmina multo sit prestantior. Addam ex Poëta, quod fœminea in pœna nullum est memorabile nomen, Quod audiant vxorum suarum carnifices quidam & tortores.
- 17 Obseruatum, expertumq; audio, vaccam, ouem, asellam, canem, suem, felem, & similia fœminei generis animalia domestica & mansueta, dū utero gerunt abortire. si mas ex quo conceperunt, occidatur: tām valida &

& vehemens est illorum inter se concors sympathia.

Pulchras imagines, vasa, effigies, ¹⁸
& alia in hunc modum, parua impensa tibi comparabis. Cortices ulmi, & populi cacumina decoque, & dum feruebunt, purissimam calcem immitte, donec formam coagulati quasi lactis acceperint omnia. Deinde marmor candidissimum, & tenuissimè detritum cribratumq₃ adde, & in quas volueris formas materiam eam inijce, & tum demū in umbra desicca. Hieronym. Cardanus.

In Apennino Italia iuxta Bononiam & Pisas, exorta tempestate mulieres turmatim foras procurunt, eā elatis manibus consignātes caseo in die Ascensionis domini presso, & decussatim signato fune, crucis modo. Ibidem ouum in ipsomet Ascensionis die exclusum adseruant, summoq₃

MEMORABILIVM

summoq, alligant tecto: atq, hoc modo suas ades à tempeſtatis iniuriâ fore exiſtimant, Autor Ioan. Viſerus medicus & philoſophus eximius, in opere ſuprà dicto.

20 Si ſemen inuentum in pilulis & globulis lappa minoris, in leniſſimū puluerem redigatur, & cum pauco vino albo, eoq, generoſo exhibeatur, renes ab arenulis efficaciſſimè repurgabit: ſed aliquanto celerius, ſi cum aqua vita hauriatur. Accepi ab experto.

21 Crapandinam, ſeu buſonium lapidem, de quo paulò antè, legitimum eſſe experieris, ſi in illum præoſtenſum vel obiectum, ſeſe ita attollat buſo, ac ſi vellet cōtingere & ſaltu præripere: uſque adeò lapidem eum homini inuidet. Ex relatione cuiuſdam medici Regij, qui id vidiffè nobis affirmabat.

22 Qui in deplumè & exenteratum
capo-

caponem ignitum chalybem iniecerit, & tam accuratè uno, alteròue mantili obuoluerit, ne calor vaneſcat, eſui aptum reddet, etiam inter equitandum, modo meminerit ſubinde alitem verſare. Verùm enim uerò tetro inſicietur odore, ſed ferendo tamè ac pergrato famelicis. Archimagiſtri cuiuſdam inuentum.

Si nigro cani dum viuuit alterum 23
oculorum erueris, & tecum portaue-
ris, faciet ne alij canes tibi allatrèt,
etiam ſi inter illos ambulaueris. Sed
reſ ea paulo certior erit, ſi quidpiam
de lupi corde ei addideris. Sextus
Platonicus & Albertus. Quod for-
taſſè à nobis ſuperius etiam adnota-
ri potuit.

Illud ſanè non ſolum eſt memora- 24
bile & admirabile, ſed etiam dictu
viſuq; horrendũ, quòd in Theuern.
Iuliacèſis ducatus oppido crebrò ac-
cidit. ubi agroti in templo ante diuæ

R Anne

Anne altare, & venerandum caput eius supplices prostrati, frustra & fragmenta vitrorum, urceolorū & osium de piscibus, qua humana gula & stomachus deglutire nō possēt, ac loculos cum nummis euomuerunt, Auctor Ioan. Langius, in epistola de prodigijs & praestigijs d. monū in morbis.

25 *Aqua stillatitia ex floribus tiliae, epilepticis pueris mirandum in modum confert, quocumq; modo ministratur. Sunt qui ei sociant viscum quercinum, successu admodum felici & oprato. His licebit atterere, & succus polygoni cū septem granis piperis ante accessionē quartana haustus, eam abolet. Sed aiunt colligendam esse plantam, & exprimendum eius succum, die Iouis, Luna decrescēte. Ex quodam libro Secretorū, manu Iani vel Fauni cuiuspiam descripto, ob insignem vetustatem.*

Oleum

Oleum in quo decocta fuerint ranae usque ad separationem carnis ab ossibus, plurimum valet ad omnes nervorum & articularum affectus perfrigerataq; membra, si eo calente unguantur. Adde quod lumbrici ex aceto triti sacro igni perbellè medentur, Decerptum ex eodem libro superiore.

Si equi dysuria, seu micendi difficultate laborent, foliatis sambuci ramis undique illorum corpus diu ac blandè verbera, & tum demum folia ipsa collo eorum & capiti, necnon corpori uniuerso coapta. Nam iumentorum impedimentis arbuscula hac maximoperè cōfert. *Simone-ta Cardin.*

Lupus hominem prior videns, ei vocem præripit, & tanquam victor illum despicit. Si autem se præuisum senserit, ferociam deponit, & currere nequit. *Autores D. Ambros.*

R 2 Virg.

MEMORABILIVM

Virg. Plato, Sextus Platon. Alber.
& aly.

- 29 Murenis spiritus vitalis in extrema parte caudæ latet, qua perimuntur potius, quam contuso capite. Piscis genus hoc, si in vaporario siccat, facule aut funalis accensi commoditatem exhibebit. Etenim nervus qui spine loco illi per tergum producit, ellychnij, seu contorti funiculi vicem præbet. Sed id post vtrunq; æquinoctium tentandum est, quo tempore adipose sunt murene, Lemnius.
- 30 Alluaria cum axungia ad vnguenti crassamentum subacta tussientes ac perfrigeratos valde iuvabunt, si plantas pedum, unâ cum vertebriis dorsi ante focum eo vngvine illinant. Quod rusticis potius quam urbanis scriptum erit.
- 31 Calendula aquam omnibus oculorum morbis conducere tradunt: ad hæc capitis dolores tollere suffi-
umq;

tumq̄, ex eius floribus pudendo muliebri per infundibulum, vel aliter exceptū, secundas morantes facile euocare, & profugas reducere. Hoc secreto vetulam quandam obstetricem mira arte emunxi, dum mea egeret opera, in enixu puerperij cuiusdam locupletis matrona.

Populus nigra excisa, & in eius 32 scobem ac praelegmina, aqua cū fermento ad truncum infusa, fungos producit qui minimè sunt pestilentes. Idem fiet si super reliquias vstorum sarmentorum aquam sparseris. Acceptum à quodam qui se id experimento compertum habere dicebat: à Plinio scriptum, ut reor, & Cardano adnotatum.

Si voles experiri an musto remi- 33 xta sit aqua, ouum imposito: si statim descendit, aquosum est: sin contra purum. Præterea, si vini in dolo feruentis impetum frangere vo-

R 3 les,

les, minimam casci particulam in illud projice, vel immitte: videbis rem miram. Cur autem id fiat, docebit Georgius Valla Placentinus.

34 Compertum est nostris & anorum memoria, nonnullos effracto capulo renixisse. Quamobrem lege cautum est, ne ante triduum loculo includatur prapropere, qui apoplexia, epilepsia, & uteri strangulatione suffocati sunt. Nam in illis anima nonnunquam delitescit, que rursus corpus spiritu, vitæ aque imbuit & illustrat. Quæ res effectisse fertur, ut Christus captata occasione Lazarum quadriduam in vitam postliminio renocârit: ne quis calumniari posset illum non fuisse mortuum: sed animi deliquio, aut epilepsia, vel apoplexia corruptum, ex eminenti morte renixisse. Hæc Lemnius lib. 2. de occultis natura miraculis.

35 Lupi valdè amantur à psittacis, &

Et ericium summè fugiunt ac timēt,
 Asculapius. Tradit insuper Alber-
 tus, quòd lupus hominem non edit,
 nisi fortuito prius hominis cadauer
 gustāu: nam tunc non dubitat pe-
 riclitari inuadendo hominem.

Ex urtica & oleo factum linimē- 36
 tum cum pauco sale, tuetur partes
 corporis atrocissimo frigore. Valet
 etiam ad ulcera omnia à gelu con-
 tracta. Sed vereor ne ex superiorib.
 repetatur. Addam quòd decoctum
 planta eius que dens leonis vocatur,
 glutinandis vulneribus summè effi-
 cax habetur: prodest etiam ruptu-
 ris, ac interna vulnera solidat.

A taxo arbore veneficam vim 37
 deponit ereus clauus trunco infixus.
 Et rhododaphnes ramus cū suis fo-
 lylis rufus si in scrobē demittatur, mu-
 scas omnes illic cōgregat. Praterea
 suffitus hedera vespertiliones fugat.

R 4 An-

*Autores Anatolius & Africanus
Geoponici.*

38 *Mentha ferrum abhorrescit, ut etiam ruta & ocimum. Quae si vulnerato fuerit exhibitae, non facile conualescet. Si lacti misceatur, deinde auferatur, & tum demum coagulum immittatur, nunquam lac illud cogetur, ut tradit Florentinus in suo Georgico.*

39 *Superioribus annis mulier quaedam me usa est medico, cui in tantam molem intumescibat uterus, ut non videretur illa gestando oneri suffectura. Decurso anni do dr ante seu nouem mensum spacio, ingenti conatu massam quandam informem enixa est: cui utrinque anse duae in brachiorum longitudinem annexae erant cum palpitatione. Tum demum ex utero eiusdem delapsus est monstrum adunco rostro, longo, teretiq; collo, oculis vibrantibus, cauda acuminata, &*

ta, & eximia pedum agilitate. Id post primum lucis intuitum conclau-
ne stridoribus implens, atq; hinc in-
de excurrens, latebras persequeba-
tur & captabat, nisi mulieres pului-
nis impetores illud suffocando pere-
missent. Postremo mulier plus satis
de lassata, non sine summo vite dis-
crimine prolem masculam edidit, à
monstro ita excarnificatam, vt à sa-
cra lotione quam minimum vite su-
peresset. Hæc Levinus Lemnius me-
dicus Zirizæus diligens ac doctus.

Si quis pleuriticus, empiricus, vel 40
suppuratus scrupulum pulueris se-
minum urtica cum syrupo viola-
ceo, aut alio quopiam ex ijs quos
pectorales vocant, paulatim & ve-
luti lambendo deglutierit, visco-
sum humorem ac tenacem nullo ne-
gocio expectorabit. Secretum cuius-
dam non vulgaris medici Parisien-
sis.

R 5 Rumpi

41 Rumpi tradunt equos qui luporum vestigia sub equite sequantur. Et si equi trahentes quadrigam lupi calcaneum conculcent, sistuntur, ac si cum quadriga conglaciassent, Petrus Gillius ex Eliano.

42 Mures pragnantes in utero parētis repertas fuisse apud Persas, auctor est Aristoteles. Quinetiam tradunt magi, muris iocinore dato porcis in fico, sequi dantem id animal. Addit Plinius fibrarum numerum crescere & decrescere in iecusculis muriū, cum Luna lumine. Sed de his paulo plenius philosophaturi sumus in nostra quadrupedum medica Historia.

43 Sanguis leporinus siccatu (viti etiam eius coagulatum) dysenterias, & alias ventris proluues quantumvis effrenas compefcit. Similiter faciūt ossa humana ad leuorem puluerata, & ex vino rubro subaustero sumpta.
His

His accedet, quod insculum ex decoctione fragariae herbae cum sua radice, ab icterico reuino dies aliquot haustum, illum perfecte sanat. Secretum hoc cuiusdam est monachi, ex quo ingentes pecunias corradebat.

U pupa si cecinerit ante quam vi- 44
tes germinent, futuram vini copiam praesagire aiunt: necnon suam si capite ad caelum verso portetur, nequam grunnire. Adde quod serpentes inclusa circulo herba, quam be-
tonicam nuncupant, exire non possunt, quin se flagellando potius interimunt, Plin. & Graecorum geoponici.

Leo viso igne mirandum in mo- 45
dum expansebit, nec re alia facilius domatur. Eius autem ossa simul collisa, ignem concipere aiunt. His accedat quod ceruus ita arietem perhorrescere fertur, ut eius conspectum non sustineat, Aristot. Plin. Albertus & alij.

R 6 Per-

- 46 Percussus à Scorpione si super a-
sino rectus desideat respiciēs ad cau-
dam, pro ipso dōlebit asinus ac tor-
quebitur. Curationis signum erit,
quòd pedendo emoriatur asinus,
Autores sunt Apuleius, Diopha-
nes, & Zoroastres
- 47 Si herba batrachion dicta, cer-
nici lunatici vel epileptici ex filo ru-
bro deligetur Luna decrecente in
prima parte Tauri, vel Scorpionis,
magnum ac insperatum lenamen
hinc sentiet. Sunt qui eius radicem
in vino maceratam peste infectis
propinent ad sudorem eliciendum.
Quod valdè periculosum puto, si fe-
bricitent: sin contra, opportunum
modo vires constent.
- 48 Quum latronem aut furem liga-
re volueris, & domo tua arcere, Fi-
gura imaginem viri ex are, ascen-
dente prima facie Arietis, & Lu-
na ibidem versante. Dum verò id
fit

fit, dicas: *Alligo & abigo omnem hominem furem ab hac domo per istam imaginem in aeternum. Tum demum obvolue illam in panno nigro, & sepeli in medio domus, & non intrabit in eā latro, aut fur, quamdiu ibi fuerit. Ex libro Ptolom. de Imaginibus, nondum, quod scīā, alicubi impresso.*

Succino marino (quod Ceti sper- 49 ma vulgus nuncupat) ea vis inest, ut solidas etiam pixides quibus asseruatur, penetret, ac rosido quodam madore sudoriferisue guttis irriget, modo legitimum fuerit. Adde, si placet, quod delphinus piscis incredibili amore ducitur erga homines, & precipue impuberes: quibus miris blandimentis gratificari, & colludere gestit. Plinius, Aristoteles, & alij.

Horus Apollo tradit lupum maximoperè lapides pertimescere. Idcirco

MEMORABILIVM

circo dum per lapidosa ire cogitur,
suspensio pede semper incedit. Lassus
enim vel minimo lapidis ictu, ver-
mes gignit, à quibus tandem absum-
mitur. Ideo insultate cum lapidibus
viatore, aufugit.

51 Mustela cerebrum siccatum, &
ex aceto potum, epilepticis medetur.
Illud idem ex hirudinibus acceptum,
suffusionibus multum conducit, si cum
melle oculis illinatur. Quod etiam pra-
estat aspidis exusu tritum cum eodem
melle, sed praeter id visum acutissi-
mum reddit. Autor Claud. Galen.

52 Trebius admonet clauum vel cu-
neum quanta vi libeat in arbores
adactum, in quibus nidum habet pi-
cus Martius, statim exilire cum is
cuneo, vel clauo insederit. Alij ad
herbam referunt à pico ad id auxi-
lij & negocij conquistam. Cui fabu-
lantur vires inesse ad aperiendas se-
ras quascunq;. Plin. Alber. & aly.

Cum

Cum omne animal peracta Ve- 53
nere tristari soleat solus gallus galli-
naceus exhilarescit, & catu alacri-
tatem spiritus testatur. Ille idem de-
crepitus aestiuis mensibus sub exor-
tum Caniculae ouum parit forma or-
biculari, luteum luridum & versico-
lori ex quo multi opinantur basili-
scum produci, perniciosiss, ac pestilen-
tiss, serpentem, maxime si quando à
bufone educatum & fotum fuerit
ouum tale. Quod an fabulosum sit,
viderint alij. Sic ex spine humana
medulla putrefacta anguem gene-
rari quempiam proditum est, Lem-
nius, si ritè memini.

Si sanguis hirci & cineres vitri a- 54
quis portionibus mittantur in ace-
tum, deinde chymico organo distil-
lentur, & in exceptam aquam vi-
trū maceretur, plicatile, cereū ac du-
ctile euadet. Indurabitur verò, ac
priori natura reddetur, si in frigidā
mitta-

MEMORABILIVM

mittatur, vel eadem lauetur. Ex secretis cuiusdam ingeniosissimi viriarij.

55. Oves cum sequi solent, ut scripsit Didymus, qui vellere illarum aures obturauerit. Addit easdem, ut etiam capras, comesta conyz a herba extingui. Poteris addere ex Florentino geponico, & Loroastre quod hirci fugitivi non erunt, si barbas illis precideris.

56. Cratenas Hippocratis ut diximus, herbarius, tradit aspersu planta œnothera, ex vino omnium animalium feritatem, nedum hominū mitigari. Quod de radice intellexit Theophrastus. Sic Elianus œnuttam cervos & canes inebriare scribit.

57. Sunt qui caneros treis cremari iubent in arbusstis, ut vredo & carbunculus illis non noceat. Et si rubeta nono fictili in media segete obruantur,

itur, aiunt tempeſtates ibi noxias nō eſſe: ſicuti Archibiꝯ Plinio autore, ad Antiochum Siria regem ſcripſit.

Tradunt Aphri quōd ſi quiſpiā 58. eo die feriatur a ſcorpione, quo octimum cederit, agrē ſanari. Quinetiam volunt, ad manipulum huius cum cancris decem marinis vel ſumiatilibus tritum, conuenire ſcorpiones à proximo loco omnes. Adde ex Diodoro, idipſum in cibo frequēter ſumptum, pediculos creare.

Ceſſabit ranarum garrula coxa- 59. tio, ac nocturnus ululatus, & clamor plerisque ingratuſ ac moleſtuſ, ſi lacuum & fluminum ripis, ubi inhabitant accenſa adhibeatur una lucerna, vel plures, pro loci amplitudine, & ranarum copia, quemadmodum Africanuſ in Geoponicis teſtatur: & noſ Pariſienſi cuiſpiam Praſidi de illarū moleſtia conquerenti, cer-
to &

ro & optato experimento confirmamus.

- 60 Volentibus experiri victurus sit ager, necne, precipiunt radices chamaeleontis albi diluto eum triduo perfundi: ternas vices qui pertulerit, moriturum negant, Autor Theophrastus. His accedat quòd eiusdè chamaeleontis radix ex farina hordeacea cum aqua & oleo subacta, canes enecat, necnon mures in lenta.
- 61 Aium nonnulli leucacanthum, seu albispinum, ut etiam laurū, fulmine non ici, nec unquam de cælo tangi. Adhuc baccas illius ex vino albo sumptas deturbandis calculis admodum efficaces esse. Gallicū vulgus Senellas vocare solet. Experimentis rusticorum notum.
- 62 Sues sumpta herba hyoscyamo, presenti periculo conuelluntur, nisi copiosa aqua, se statim foris & in-

tus proluerint, *Ælianus*. Addatur ex *Plinio*, quòd illi idem sues candida indumenta, perinde atq; elephantes, impensè oderunt: boves verò & tauri purpurea. Quod multi sub hoc habitu, suo summo malo quandoque experti sunt.

Auicula linaria, *Gallis Linotta* 63 nuncupata, ex oriente *Canicula* obmutescere incipit, nec non agrotare, ac plumas vellendo excutere. Quod contingit circa medium *Iulij*, sicuti toto decennio experti sumus in una & altera: & hinc certum *canicularis* sideris exortum multis indicavimus. In *galerita* seu *alanda*, idem etiam observavimus in exortu *Arcturi* cum *Sole*. Nec dubium est quin alie itidem aves & animantes suum habeant quæq; peculiare sidus, à quo moventur ad cantum, taciturnitatem, mœstitiâ & hilaritatē. Quod ut observent seduli arcanorum per-
scruta-

MEMORABILIVM

scrutatores eximie rogo & peto.

64. Ista fulmine corpora, incorrupta manent: quapropter fulminatorum cadavera veteres neque urebant, neque terra obruebant: ut omnibus perspicuum esset, illa ne ullam quidem corruptionem sentire. Adde quod canes & aves ab huiusmodi cadaveribus abstinent. Ex quo falli mihi videntur qui scribunt Phaetontem fulmine tactum, in vallibus compuruisse. Sed de ijs plura in nostra Meteorologia, & aërys Ephemeridibus legere poteris.

65. Syderatam vitem cognosces quando foliorum pinnas subrubras habet. Curabis si terebro aliè perforaverisunicam, & per foramè quernum paxillum indideris. Aly trunco & radicibus humanum lotium affundunt. Ex veterum rei rustica autorum Commentar.

66. Elephantes de omnibus animalibus

libus murem maximè oderunt: adeò quòd si pabulum in illorum praesepio positum ab eis attingi viderint, aut senserint, illud fastidiunt & respuunt, Plinius.

Lapides preciosos cuiuscung, co-67
loris ad hunc finges modum: Candi-
dissimi corporis silices tamdiu in fi-
gularum aut vitriariorum fornace
torrentur, donec in puluerem atteri
possint. Cuius pars vna per setaceū
excreta, vel aliter, miscetur partibus
tribus minij plumbi a sordibus repur-
gati, & vasculo aurifabrorum, cru-
cibulo dicto, imponitur, sed non ad
eius complementū. Additur nō nihil
lmatara auri puri, vel foliorum e-
iusdem, si topasium, vel hyacinthum
fingere voles: aut tantillum rasura
chalcybis, si smaragdum: vel quid-
piam azuri legitimi, si sapphyrum,
aut amethystum: & ita de alijs co-
loribus. Tum demum forti & vali-
do igni

MEMORABILIVM

do igni, reuerberationis nuncupato, omnia confusa & mixta tamdiu exponuntur, dum colliqueſcant, & mel lis ſpiffamentum induant. Vbi in ipſomet igne ſpontè vanſcente refrigerint. effracto vaſculo, lapidea materia ſanequam elegans ſeſe prodeſt, à perito lapidario in quas tibi viſum erit formas incidenda, expolida ac tractanda, & poſtremò per ſolertem artificem annulo inferenda. Sunt qui uſtos & torrefactos ſilices atterant piſtillo ferreo in mortario euſdè metalli, pro ſmaragdo fingendo: & cupreo pro topaſio, abſq; alia colorũ mixtura. Si pro ſiliceo puluere, cryſtalli calcinati puluiſculo vii uoles, omnia habebis multò elegantiora, precioſiora & duriora, ſicuti plus centies ſum expertus.

68 Mira eſt arundinis & filicis diſcordia. Nam radix utriuſque atrita & impoſita, ſtirpem alterius corpori

corpori infixum, seu inimicum dei-
vit. Hinc arundinem exarari prae-
cipiunt, filice vomeri apposita, nam ita
non excrescet. Tamen huic optimè
conuenit cum corruda, unde aspa-
gari fiūt: quapropter illa ubi adsunt
arundines feri debet. Plin. & Geopo-
nici cum Graci, tum Latini.

Atramentum librarium diluto 69
absynthij temperatū, literas à muri-
bus tuctur: herba verò ipsa vestibus
inserta, tineas arcet, Autor Diosco.
His accedet ex Africani Cōmenta-
riolis, q̄ qui caprinū pulmonē tostū
ederit, ebrietate non sentiet, etiam si
bibendi certamine prouocetur.

Vino quod acorem cōceperit me- 70
detur ollula aqua bonæ plena, ut tra-
dit Tarentinus, modo operta sit dili-
genter, & in dolium vini demerga-
tur. Post triduum enim si pristinum
robur resumpserit, aqua obolebit, vi-
num perplacebit.

Thapsia,

MEMORABILIVM

- 71 *Thapsia*, autore Theophrasto, fu-
gillata & liuentia illustrat. Quae ex
re, Nero imperij sui initio dignita-
tem ei dedit, nocturnis grassationib.
conuerberatam faciem ea illinens
cum cera atque thure, & sequenti
die, contra famam, cuius sinceram
referens, Auctor Plinius.
- 72 *Caprifici cauliculi*, una cum bu-
bulis carnibus elixati, magno ligno-
rum cōpendio eas celeriter coqui adi-
gunt. Et ramus eiusdem collo taurorum
quantumlibet ferocium circumda-
tus, fertur eos ita compescere, ut im-
mobiles mancant. Quod etiam ad
ficum transtulit Plutarchus.
- 73 *Pisces* maximè expetunt radi-
ces *aristolochiae rotundae*. Itaque si con-
tusas admixta calce, mari vel flumio
sparseris, cupiditate mira aduola-
bunt pisces, continuoque exanimati
fluit abunt: ut Plinius coram se fa-
ctum testatur. Ob id piscatores in
Cam-

Campania, venenum terre aristolochiam nuncupabant. Nunc & cyclamini radice idem contingit.

Supercilia concreta & se contin- 74
gentia, omnium sunt pessima: notat enim maleficum, plagiarium, & nefarijs artibus deditum. Id quod Ioan. de indagine frequenter se observasse dicit in vetulis sagis qua ad incendium ducta, huiusmodi praeferbant supercilia, sicuti adnotavit praestantiss. medicus & mathematicus Thaddeus Hageccius in suis metoposcopicis Aphorismis.

Si ichthyocolle & aluminis aqua- 75
les partes acceperis, ac inuicem miscueris, hisque acetum superfuderis, quidquid ea miscellanea illi in ignem proieceris, non comburetur.

Et si trito maluanisco, cum ouorum albumine, manus illeueris, atque alumen superinduxeris, ignem absque lesione tractare poteris, Auctor Al-

S bertus:

bertus: sed credere mallē quā ex-
periri.

- 76 Palladius tradit vitibus hanc esse naturam, ut si alba vel nigra in cinerem redigatur, & vino imponatur, ei unquamque formam sui coloris immitat. His addo ex georgic. Africani, quod semen rumicis, seu siluestris lapathi, sinistro brachio alligatum, sterilitatem in mulieribus emendat.
- 77 Allium, Luna sub terra latente, si feratur, & eadem rursus posita sub terris euellatur, odoris fœditatē exuere fertur, Autor Sotion Græcus, & post eum Palladius: qui etiā tradit dulciora effici allia, si in plantando nucleos oliuarū illis circumposueris: vel allia ipsa cōtusa plātaueris.
- 78 Aduersus animalcula qua solent hortis nocere, precipiunt Græci ventriculum veruecis statim occisi, suis sordibus plenum, in loco ubi illa abundant

dant sepeliendū et terra modica obruendum. Nam post biduū animalcula quæq; ibi congesta videbis. Hoc dum bis, vel ter feceris, genus omne noxiarum bestiarum ibidem coges & unā adobrues, ve extingues. Expertum fuisse intellexi.

Tradit Aëtius ex Pisone, per-79 dicem vociferari, & cortem in qua alitur lacerare, ubi sagacitate quadam natura senserit medicamentū quodpiam letale, aut venenum, intra ades parari.

Accipiter internecinum bellum gerit cum aquila, coherentēsq; sæpè prahenduntur. Eidem aquila pugna est acerrima cum dracone, multoq; magis anceps in aëre: nā multiplici nexu eius ligans alas, ita se illi implicat, ut simul decidant ambo, Plinius & Albertus.

Tradit Pythagoras q; si qui morbi humano corpori acciderint florente

MEMORABILIVM

aproxii, quantumuis sanati admonitionem eorum sentiunt, quoties illam florere contigerit. Tradit præterea & frumentum, & cicutam, & violam, similem conditionem habere, Idem Plinius.

82 Aduersus improbitatem alium sparsa semina depascentiū, coctum allium ne posthac renasci possit, mirandum in modum prodesse fertur, si illis proijciatur. Nam que denorabunt, manu capientur. Alia in eā rem auxilia multa leges in nostris hortorum secretis.

83 Vesica ouilla, aut caprina, cremata, & ex posca bibita, vel leporis testiculus ex vino odoro coctus & potus, ijs qui urinam inuiti reddunt, benefacit. Sic milui caput de plumeustum, & quantum capi potest tribus digitis cum aqua sumptū, podagricis auxiliatur: perinde atque lumbrici terra cum cerato rosaceo illiti:

arsivc

nam

nam illorum inflammationes ac dolores mitigant, Autor Galenus.

Sicranium hominis senis in peristerotrophio, seu columbario suspendatur, multiplicabuntur ibi columbae, ac quietè viuent. Idem præstabit lac mulieris puellam à bimatu lactantis, si in vitreo vase ibidè suspendatur, Albertus. His addamus ex Dioscoride, quòd frondes lauri, vestes & libros quibuscum miscentur, à tineis, vermibus & corruptione tutos ac immunes reddunt.

Vsu frequenti tuberum epilepsia & apoplexiam gigni, autor est Simeon Sethi. Porro cum caelo affinitatem maximam illis esse credidit antiquitas, nec nisi tonante Ioue nasci: unde Iuuenalis illud, Facièt optata tonitrua cœnas.

Mirabilis & citò parabilis aqua, nullo auro comparanda, ad huc fit.

S 3 modum.

MEMORABILIVM

modum. Aqua pura & limpida in
vas nullo antea liquore imbutum
mittitur. Vbi effervescent, illico in vi-
nam & recentem calcem, alteri vasi
novo impositam effunditur : ac ibi
tamdiu quiescere permittitur, do-
nec detracta spuma, clara & pelluci-
da appareat, subsidente ad imū va-
sis calce pultis modo diluta. Tū de-
mum aqua supernatans excipitur
per vasis inclinationem, sed calce im-
mota, & phiala munda, aut alio va-
sculo diligenter obturato, ad usum
reservatur. Vix credi possit quan-
tum habeat energia & miraculi in
ulceribus quibusvis, & maxime à
lue Venerea obortis. Nam foru ex
lineteolo in ea repente madefacto, &
vice emplastri post hæc ulcere impo-
sito, ac subinde renouato, saniem de-
terget, dolores sedat, vlcus carne re-
plet, ac inflammationes paucò tem-
pore extinguit : non absque ingenti
mira-

miraculo cum sui caloris vehemētia alioquin incēdat calx vina. Fruore hoc excellentiss. secreto, quod multa prece, precioq; multo, multis recusauit.

Capra lac multum facient, si di- 87
Et amnum circa ventres ipsarum ligaueris, Autores sunt Africanus & Florentinus. Tradit insuper ille, arietem non incursum nec impetum, facturum, si cornua ipsius prope auriculas perforata fuerit.

Theophrastus scribit quod si quis 88
in bullentem vini urceum, pumicem iniecerit, illius feruorem statim sedabit. Addatur ex Alberto q; viscu quercinu sylphio coniunctum, & ad arbore quampiam cum hirundinis ala suspensum, aues ad se congregat.

Græci afferunt fabæ semina capo 89
num sanguine macerata, ab auersantibus herbis immunia esse. Quæ si pridie aqua simplici infusa fuerint,

MEMORABILIVM

*citiùs nascuntur: si nitrata aqua re-
persa, difficilem coctionem non ha-
bebunt.*

- 90 *Si scorpionum videris, reliquos ex vi-
cinis locis vel coges, vel fugabis. Idē
etiam formicis continget, ac repti-
libus alijs, autore Democrito. His
accedet ex Didymi sententia, quod
si quis miliarem panem presumpserit,
nunquam à veneno noxam incur-
ret.*
- 91 *Si pedes magna rubet, seu bufoni-
nis viventis, abscindantur quando
Luna vacua ad Solis coniunctionem
properat, & collo patientis strumas
circundantur, adeò prosunt, ut per-
sapè à morbo liberent. Autor Hiero-
nymus Cardanus.*
- 92 *Mercurium, vel, si manis, argen-
tum vitium, una eademq; via, fixum
& tinctum, sic habebis. Sume salis
nitri & vitrioli Romani, utriusque
uncias tres, mitte in vas distillato-
rium,*

rium. seu chymicum organum, ut a-
quam elicias: priorem abijce, poste-
riorem serua. Ea est quae stillabit dū
alembicum, ut vocant, rubescere in-
cipiet. Hac absque vlla distillatione
sedulo tibi custodienda erit. Vfus sic
erit. Accipe Mercurij optimi, & ve-
par est, purgati, unciam vnā, sul-
phuris uncias duas, & aquae predi-
ctae uncias tres: pmitte omnia simul
stare donec aqua limpida euadat.
Hanc cum sua hypostasi & sedimen-
to rursus distilla, & in fundo alembi-
ci reperies Mercurium extinctum,
fixum, rubrum, & completū. Audi-
ui à quodam, quē huius secreti par-
ticipem feceram, se absq; secunda di-
stillatione Mercurium reddidisse,
qualem hic proponimus, nisi quod
plus satis rubicundo tingebatur colo-
re: erat nihilominus corpore adeo du-
ro & fixo, ut nec igni, nec malleo vin-
ceretur, quibus illum examinandum

S s pra-

prabuerat. At si bonus iste vir me
serio consulisset & rogasset, satura-
tum ac profusum colorem eum una
& sola coctione, facile emendasset,
ac diluisset. Hic qui habet aures au-
diendi eas arrigat, & pro tam gra-
tuito arcano mihi gratias saltem a-
gat, partemq; lucri hinc emerfuri, in
pauperes libenter eroget.

93 Vina in dolijs florentem in sua vi-
te botrum quadantenus sentiunt, ac
de coloris & saporis mutatione oc-
cultam cum vinea sympathiam at-
testantur apud multos. Sic observa-
tum est quo tempore apri in Vene-
rem furiasque ruunt, aprinam mul-
tos ante dies vel menses saluam, co-
lorem ac saporem mutare. Ab ex-
perto venatore acceptum tibi trado.

94 Sonus quem echo reddit fugare a-
pes existimatur: ideoq; sedes earum
esse oportet, ubi illa non resonet, ut
tradit M. Varro. Apud quem etiam
lego

lego fabas diu incolumes seruari in vasis olearijs cinere oblitis, necnō & cetera legumina. Addit præterea fabam ipsam ad coquendum facile reddi, si dum feritur aqua respergatur, quod etiam paulo antiè adnotatum fuit.

Antonius Musa inter medicos q̄ Italia valde celebris de colocynthide, seu agresti cucurbita hac scribit. Mibi usu euenit, vt dum colocynthidem tractarem, & præsentibus sorore ac matre manibus illam aperirem, ego solo illius attactu, ille vero odore adeo soluti fuimus, vt nullus nostrum fuerit cui venter decies magna perturbatione commotus nō fuerit. Ex quo vehementissimum pbarmacū esse constat, ac venenosisimū etiā quantūuis correctū ac frenatū fuerit. His mihi licebit addere ex cuiusdā medici certo experimento, q̄ rubeta descissa & rembus

§ 6 super-

superposita urinam vehementer pro-
ruat, adeò ut nonnunquam hoc re-
medio liberati sint, ea hydropis spe-
cie laborantes, quam ascitè vocant.

96 *Egithus* avis minima cum asi-
no valde dissidet. Hic enim spinetis
ob ulcera sese scabendi causâ atte-
rens, illius nidos dissipat. Ex quo fit
ut voce rudentis asini audita, nò so-
lum oua ille abiciat, sed etiam pulli,
si qui sint, metu consternati cadant.
Itaq, adsolans *egithus* ulcera asini
rostro vellicat, ut hinc deinceps illi
abigat, Ex *Aristotele*, *Plinio* &
Oppiano.

97 *Serpentes* capitali odio *fraxinũ*
oderunt: adeò, ut ne matutinas qui-
dem, occidentalesque umbras eius,
quam sunt longissime exprorecta, ser-
pens attingat, sed procul admodum
fugiat. *Quin* experti prodimus in-
quit *Plin.* quòd si gyro ex ea fronde
claudantur ignis & serpens, in igne
po-

potius, quam fraxinum fugiet ille: mi-
ra natura benignitate, qua prius
quam serpentes prodeant, sicuti flore-
re fraxinum permittit, ita ante con-
ditos, folia nequaquam deponere si-
nit, Plinius.

Si febricitanti infantulo (ac pau- 98
lo adultiori) paris longitudinis coa-
pratos cucumeres dormienti addide-
ris, & quasi condormire feceris, sta-
tim sanabitur. Nam calores omnes
febriles in cucumeres transibunt, quē-
admodum ex Quintiliorū observa-
tionibus scriptum & adnotatum est
apud Cassium Dion. Vricensem.

Aristolochia rotunda cum cam- 99
pestrirana diligenter trita, addita
atramenti scriptorij parte aliqua,
facit ut serpentes ceu mortui ilico
subsistant & hareant, si ex ea miscel-
lanea aliquid scribatur, & coram il-
lis projiciatur, autor Albertus. Qui
etiam tradit, quod si talpas accipe-
re vo-


MEMORABILIVM

re voces, illorum foraminibus & ostiis allium, porrum, aut cepa debet obycere. Nam foras, ac si stupidi essent, confestim profiliunt.

100 Magneti cum alio, ut alibi diximus t̄ata est discordia & ἀντιπάθεια, ut si eo confricetur magnes, vim omnem trahendi deponat, vel imbecilliolem agnoscat: adeo vi ferrū potius a se abigat, quam rapiat. Auctores sunt Ptolem. Plut. arch. Alber. & ex neotericis Heron. Cardanus, cum Ioan. Bapt. Porta. Qui postremus non tantum id approbare videtur, sed etiam cepis accommodare: scribens nautas qui cepas ederint, excludi ab observatione Buxule (sic nauticam vocant pyxidem) quod illā hinc inebriari dicant. Eandem ἀντιπάθειαν Drusianus suis in artem parvam Galeni Comment. non solum tueri, sed & causam eius reddere satagit. Verum & illi, & reliquis

liquis omnibus manifesta refragatur experientia, rerum incertarum magistra certissima. Quare ad alium nostrum id nequaquam referendum erit, quin potius ad aliud quodpiam, quale est fortasse Egyptiacum, de quo apud Dioscor. Idem sentiendum erit de adamante, quo presente magnetis vim ne minimum quidem hebetari obseruauimus, contra multorum opinionem: fortasse quod veri & legitimi adamantes nobis sint rarissimi, ut antea monuimus. Quod huic Opusculo colophonem imponet.

..



EX

*Veneranda Graecae vetustatis de arte
Chymica, reliquijs.*

DEMOCRITVS

ABDERYTA, DE ARTE

SACRA: SIVE, DE REBVS
naturalibus & my-
sticis


NEC NON

*Synesij, & Pelagij, Antiquorum,
Philosophorum: in eundem,
Commentaria.*

INTERPRETE

Dominico Pizimentiono Vibonens, Italo.





AD AMPLISSI-
MVMILLVSTRIS-
SIMVMQVE SEQVA-
num.

DOMINICVS PIZIMEN-
tus Vibonensis, Italus.



IDEO nostris hisce
temporibus quàm
plurimos sibi nullo
iure philosophorū
nomen vendicare:
cū re ipsa in phi-
losophorum nume-
ro neutiq̃am sint meo iudicio con-
numerandi: sed ex vera eorum fami-
lia longelateq; exterminandi. nā cū
parū temporis in sapientiæ studijs
infumant, coguntur earum rerum co-
gnitionem prætermittere, quæ, nisi
me animus fallit, ad egregiam philo-
sophiæ partem referuntur: cūque
omne æuum conterant in materiæ il-
lius primæ, quæ aspectum fugit con-
trouersia, & perpetuò in formæ, ac pri-
uationis disceptatione versentur, par-
ticula.

ticularium, ac admirabilem rerū sci-
 entiam omninò priuantur. ita fit vt
 præter animalium, quæ trifariam di-
 uiduntur, inspectionem, rei herbaria,
 ac metallica, in quibus potissimùm
 latitant medicinae cognitione turpi-
 ter careant. longum esset, si velim re-
 censere, quantus vsus ex his duab. re-
 bus capiatur. Sed hæc aliàs fortasè, cū
 plus dabitur ocij. ob id etiam omittā
 Phaunum Pici filium, & Iouis nepo-
 tem, quem Mercurium syderis nomi-
 ne appellarunt, auri, & argenti, ferriq;
 metalla inuenisse: & horum conficien-
 dorum rationem Hesperijs tradidisse,
 atque ideo ab accolis diuitiarum lar-
 gitoris nomen accepisse. Omittam
 Argonautas: quos Iasone duce è Græ-
 cia Colchos ferunt solutis anchoris
 nauigasse ad aureum illud vellus, hoc
 est, ad hanc auriferam artem scriptam
 in derasis ouium membranis asportā-
 dam. Omittam Dioclitianum Roma-
 norum Imperatorē, qui edicto libros
 omnes de hac arte fusoria apud Aegy-
 ptios iussit aboleri, ne amplius illi
 hinc magnis opibus comparatis Ro-
 manum imperium bellis infestarent.
 Omittam denique Teucrum, qui de
 aurife,

aurifera terra nonnulla dicitur con-
scripsisse. nam institutæ rei consequens
est, ut de metallorum metamorphosi
tantum, ut lex epistolarum iubet, pau-
ca perstringam. Equidem doleo in hac
parte rudes, & imperitos viros, qui au-
rum, & argentum inhiant, tantoperè
laborare. nam cum ipsi Codro, &
Iro pauperiores aurcos montes diui-
tibus audeant polliceri, illorum locu-
los exhauriunt, factaque impostura,
velut Gygis annulum gestent euane-
scunt, ac se ab eorum, quos deceperunt,
oculis inopinatò subtrahunt. & pro
preciosissimo lapide philosophorum,
vilissimum cinerem, pro sole, & luna
tartaream caliginem interiectam, fœ-
dissimosque odores dispersos domi
relinquunt. Quot stultos (absit inui-
dia veruis) Ianus ille Licinius, qui pa-
rum absuit, quin Parthenope Scorpio-
nis icu obstructas misero technas ma-
le periret, sua illa aurea catena deuin-
xit, Socratico vultu illexit, ac spe inani
lactatos pessundedit? Quot item Mo-
rienus fatuos, ac sui cognomines fe-
cit? Hi sunt, qui veterum mytheria nõ
percipientes hanc arcanam philoso-
phia partem omni dedecore infamè
red.

reddiderunt, ut nemo publicè de metallorum transmutatione verba faciat: nemo nisi vulpecularum more in cuniculis latitans, quid natura possit, experiatur. cur autem plerique omnes operā ludāt, id causā esse potissimum iudico: quòd in ipsa generatione rerum omnium parentem naturam non imitantur, quam videmus ex similibus similia, ex leone leonem, & ex frumento frumentum statò temporis curriculo procreare, quòd si antiquorum sensum callerent, non ex vrina, nec ex capillis, nec ex hominum caluarijs, nec quòd pucidum dictū est, ex semine, atque aded ex ipsis excrementis auri, & argenti semina eligere, ac colligere conarentur: quæ omnia à rerum generandarum natura prorsus abhorrent. Rem hic ridiculam, ac iocosam, nulloque pacto reticendam commemorabo. Decem ab hinc annis Neapoli cum degere, sacerdos quidam mihi maxime necessarius omnium pharmacopolarum officinas plustravit, & hirudines quotquot potuit inuenire, precio mercatus est, easque ad ignem sicandas studiosè curavit. cum pro certo sibi persuasisset,

set,

fer, illarum pulueris fuctu posse se argentum viuum congelare, irritu euentu, non sine maximis totius ciuitatis, ægrotantium & medicorum querimonijs. insequentibus item diebus domi apud eundem senior quidam theologus promissa barba cum cogitaret Argi mortem se prosequiturum, & Mercurium par pari redditurum eum in sartagine feruenti oleo semiple. nam cum Bronte, Sterope, & succincto Pyracmone socijs iniecit, qui calefactus repente tanta dislofione, atque impetu vndati fumo permiffus emicuit, vt nobis extremam fore illam diem putaremus, nisi in proximum pauiumentum, quod sub djo stabat, pedibus ad salutem contendissemus. at noster, qui totus erat in Deorum nuncio torquendo, à comburendo, à fumo cucullo vsque ad ima vestis ora, tot ac tales olei maculas suscepit, vt nullo vnquam inegmate, aut nitro abluere, nec nisi post solis occasum inde in publicum prodire, & domum se referre potuerit. idem hoc malo minus edoctus inde ad paucos dies, dum à stanno stridorem tollere pertentaret, Iouem in peluim, in quam

in quam lotium reddiderat, immisit,
vt Iupiter cœlum petens in monachi
faciem dissiliit, vt penè os torum am-
bureret, ac nates inhonesto vulnere
obtruncaret, ita oleum atque operam
perdunt, qui naturam ducem non se-
quuntur. Horum ego misericordia com-
morus, Amplissime vir, vulgi errores
atque hanc philosophiæ partem chy-
micorum ignorantium culpa infimâ,
& sordidissimam omnium in pristinâ
dignitatem reuocandam existimaui,
ac nulla alia ratiõe id me assequi pos-
se animo cogitaui, quâ celeberrimorum
philosophorum scripta, quæ hæcenus
aliorum inuidia abstrusa in profundo
penitus latuerunt, nostra opera, & di-
ligentia in commune omnium studio
forum usum vulgarentur, vt postha-
bitis recentiorum nugis, ac vanis præ-
stigiatorum commentis in eruditorum
virorum lucubrationibus sapientiæ fi-
lij versarentur. Quapropter cum De-
mocriti Abderytæ libellum de arte fa-
cra, & Synesium eiusdem interpretem
emptum à Corcyræo quodam, qui Ve-
netijs Romam magnum inde à Pon-
tificis Maximo precium sperans se con-
tulerat, in Latinum conuertissem, vo-
lui,

lui vtrunque tibi inscribere. partim, vt
contra huius artis inuidiam magni
nominis auctoritas suffragetur: par-
tim verò, vt hoc munusculo tuâ mihi
gratiam conciliarem, præsertim cum
tu præ cæteris abditissimarum rerum
studijs delecteris; atque simplicia rara
inuentu, extremo ex orbe quæsitâ alijs
qui eodem desiderio tenentur, quæ
tua est humanitas, liberalissimè imper-
tias. Quòd si plures tui similes habe-
remus, qui eadem animi propensione
bonarum artium studia fouerent, at-
que amplecterentur, non dubito, quin
politiores literæ, quæ nunc penitus
conspicite iacent, paulatim oculos tol-
lerent, & ingenia quæque præclara ho-
nestissimarum vigiliarum præmium
ferrent. Ne igitur paruipendas, oro,
hæc saltem ob vetustatem ipsam vene-
randa tantorum virorum monumen-
ta, quæ aliàs lætissima fronte maximi
sæpè Reges admiserunt, ac pro certo
habeto, siquid veri chymica ars ha-
beat, quod posses fortassè tuo grauif-
simo testimonio cõfirmare, id totum
in his Democriti scriptis contineri.
Quapropter vt ea, quæ omnes Philoso-
phi multis velut Herculanis nodis im-
plicarunt,

T

plicarunt,

plicarunt, ego paucis absoluam, ac de
 meo sensu iudicem: nihil aliud cēseo,
 præter corpora in spiritus versa, & cū
 suo compare in calidis thalamis sta-
 bili connubio iuncta, flauos, ac candē-
 tes filios procreare: totumq; hoc my-
 sterium nihil aliud esse, quàm terræ, &
 aquæ elationem: & huc torqueri per-
 bellè posse quod Pindarus scribit in
 Pythijs, aurata Apollinis lyra aquilam
 in Iouis sceptro, hoc est, in sphaera ig-
 nis, insidentem demissis alis leniter
 consopiri. Attenuent ergò, soluant, ac
 conuertant naturas, & Osiridis mem-
 bra dilanient veritatis studiosi, nec lō-
 gi temporis mora deterreantur, & hu-
 ius nostri horruli perennem, nō Dio-
 scoridis chelidoniam, aut hemionitim
 lunæ modo falcata in igne deficien-
 tem, aut securidacæ speciem equinū
 fertum appellatam, quærant, & ex al-
 tissimo monte, quod animal appella-
 uerunt sapientes, nostram Græcam a-
 glaophotim, non Latinorum lunariā
 incuruo folio: non borissam intorta
 radice ex Gargano, aut Nursinis colli-
 bus petant. Hæc illa est lunaria, quam
 Homerus in hymnis omotrophon A-
 pollonos Græcè, i. eodem cum Apolli-
 ne lacte

ne lacte altam memorat. Alumnus vero qui utrosque suo lacte rigat, & humore velut Salamandras in igne nutrit, Mercurius est, qui dotor eam Græcè ab eodem Poeta, i. bonorum largitor appellatur, quantum non ut certus artifex experientia asserere, sed ut lector diligens non leui coniectura, possum augurari. Vale, & si hæc tibi non ingrata fuisse significaueris, quæ, ut Hieronymo Fagiolo viro humanissimo: ac mecum summa familiaritate coniunctissimo, petenti, gratificarer, latina facere volui: Stephani Alexandrini, Olympiodori, & Pelagij cõmentaria, in eundem Democritum propediem expecta. Datum Romæ.
Calend. Septemb.
M. D. LXX.
(:)

T EX

DE REBUS NATURALIBVS ET MY-

STICIS DEMOCRITI.

de



NATURA natura gaudet: & natura naturam vincit: & natura natura retinet. ¶ Admirati vehementer sumus, quòd breuiter rem omnem perstrinxerit, ego autem venio in Egyptum naturalia ferens, vt materia superfluam, & confusam contemnatis. Capiens Mercurium infige corpori magnesia, vel corpori Italici stimmi, vel sulphuris ignem non experti: vel spuma argenti, vel calci viue, vel alumini ex Mele, vel arsenico, vel vt scis, & conijce terram albam

*bam Veneris, & habebis Venerem
claram. flauam verò conijce Lunam
& habebis aurum, & erit chryso-
corallum in corpus redactum. Idem
etiam facit arsenicum flauum, &
sandaracha preparata & cinabriū,
valdè contusum. as autem splendi-
dum solum argentum viuum facit.
natura enim naturam vincit Mar-
chesitam (Pyritē Gracè) argenteā,
quam etiam sideritē vocant, rege,
& fac ex more, vt solui possit. Fluet
autem vel per aureum, vel album,
lithargirium, vel in Italico stimmi,
& expurga cum plumbo, non simpli-
citer inquā, ne aberres, sed eo, quod
est à scissili & lithargirio nigro no-
stro: vel, vt scis, & coque, & conijce
materie flauum factum, & tinget.
Natura enim natura gaudet. Pyri-
tem rege, donec fiat incombustibilis
abijciens nigredinem, rege autem
muriā, vel vrina incorrupta, vel*

T 3 aqua

aqua maris, vel oxymelite, vel, ut
 scis, donec fiat, ut auri ramentū in-
 combustibile, & si fiet, misce cum eo
 sulphur ignem non expertum, vel a-
 lumen flauum, vel ochram Atticā,
 vel, ut scis, & adijce Lunam per so-
 lem per auriconchylum. Natura e-
 nim naturam vincit. Claudianum,
 capiens facias marmor, ut moris est,
 donec flauum fiat. Flauum reddas
 non lapidem inquam, sed id, quod u-
 tile est ex lapide. Flauum verò red-
 des per alumen vstum sulphure, vel
 arsenico, vel sandaracha, vel calce,
 vel, ut scis: & si apposueris lunam, fa-
 cies solem, si verò solem, facies auri
 conchylum. Natura enim naturam
 vincens retinet. Cinabrium album
 facito per oleum, vel acetum, vel
 mel, vel muriam vel alumen. postea
 flauū per mys, vel fori, vel chalcha-
 tha, vel sulphur viuum, vel ut scis,
 & adijce lunam, & erit sol. si aurum
 tin-

tinges, vel as, vel electrum. Natura
 natura gaudet. Cypriam, Cadmiam,
 Zonytem inquam, de alba, ut moris
 est, postea flavam facito. Flavam ve
 ro reddes felle vituli, vel terebinthi
 na, vel cecino, vel raphanino, vel o
 norum vitellis, que ipsam flavam red
 dere possunt, & adijce lunam, aurum
 enim erit ob aurum. Natura enim
 naturam vincit.

Androdamantem rege vino au
 stero, vel aqua maris, vel acida mu
 ria: que res possunt ipsius naturam
 infringere, solue cum stimi chalcido
 nio, & rege iterum aqua marina, vel
 muria, vel acida muria, abluo, do
 nec abeat sibi nigredo, frigito, vel
 assato, donec flavescat, & coquito a
 qua diuina illibata, & argento im
 ponito, & cum sulphur viuum adiece
 ris, facias chrysolomum, i. liquorẽ au
 reum. Natura enim natura vincit. hic
 est lapis chrysites appellatus.

T 4 Capiens

Capiens terram albam, à cerussa
 inquam, & argenti scorius, vel stibij
 Italici, & magnesia, vel etiam albi
 lithargirij, dealbato aqua marina,
 vel muria acida, vel aqua aëria sub
 rore, inquam, ac sole, ut ipsa soluta
 fiat alba, ut cerussa. Coque igitur
 hanc in fornace, & adyçe ipsi florem
 aris, vel eruginem rasilem arte elab
 oratam inquam, vel es vstum satis
 corruptum, vel chalcitem, vel cya
 nū, adyçito, donec fiat incorruptus,
 & solidus, facile autem fiet. hoc est
 molybdochalium. Experire igitur
 si nigredinem exuerit, sin minus, es
 ipsum ne culpes, sed te ipsum potius,
 quoniam non rectè gubernasti. ergo
 splendidum reddas, & soluas, & ad
 yçito ea, que flauum facere queant,
 assatoq; donec flauescat: & inyçe cor
 poribus cunctis. Nam es omne cor
 pus tingit, ubi nitens, ac flauum fue
 rit. Natura enim naturam vincit.

Cum

Cum sulphure ignem non experto
contere fori, & calchantum fori au-
tem, est ut Cyanus scabiosus semper
in misy inuentus, hoc etiam viride
chalchantū vocāt. assa igitur ipsum
in medys carbonibus diebus tribus,
donec fiat rubeum pharmacum, cū-
iye Veneri, vel lunæ à nobis factæ,
& erit sol: hoc pone in laminas disse-
ctum in aceto, & calchanto, & misy,
& alumine, & sale Cappadocia, &
nitro rubro, vel, ut scis, per dies tres,
vel quinque, vel sex, donec fiat eru-
go, & tinges. solem enim facit chal-
cantum & rubiginem, natura na-
tura gaudet.

Chrysocollam Macedonum eru-
gini aris similem rege, soluens vrina
iuuencula, donec conuertatur. Na-
tura enim intus abdita est. Si igitur
conuertetur, immerge ipsam in oleū
cicinum sapius igniens, & intingens:
postea assa cum alumine, prius sol-

T 5 uens

uens misy, vel sulphure vino flauum
reddas, & tinge omne corpus auri. ò
natura naturarum gubernatrices, ò
natura sat magne, naturas mutatio-
nibus superantes, ò natura supra na-
turam naturas delectates. Hec igitur
sunt magnā naturam habentia,
his naturis non alie in tincturis pre-
statiores, non similes, nō maiores, hac
soluta omnia operantur. Vos ergo ò
sapientes non ignaros esse planè intel-
ligo: immò admirari, scitis enim na-
tura potentiam, inuenes. verò valdè
offendendos, & scripto fidem nō ad-
hibituros, eò quòd materiam ipsam
ignorant, non animaduertētes, quod
medici, ubi salubre pharmacum pa-
rare voluerint, non incōsideratè
hoc facere moluntur, sed prius pro-
bantes, qualenam calidū sit, ac qua-
le, cum hoc coniunctum, mediocrem
facit temperationem, siue frigidum,
siue humidum, siue quodcunque sit
qua-

qualitatis genus mediocrem adhibet
temperacionem, sed bitemerè & in-
consideratè volentes parare salu-
brem medicinam, atque omnium
morborum solutionem, non animad-
uertunt se in damnum incururos.
Cum enim arbitrentur nos fabulo-
sè, non autem mysticè loqui, in rerū
speciebus exquirendis nullam adhi-
bent diligentiam, ut si hoc est abster-
gens, hoc verò abijciendum: & si hoc
tinctivum, hoc verò accommodan-
dum & si hoc superficiem tingit, vel
si ex superficie tinctura oboletur, e-
tiam ex imo corporis metallici eua-
nescet: & si hoc igni resistit, hoc verò
commixtum aliquid, quod igni re-
sistat, faciat, exempli gratia, si
sal abstergat superficiem Iouis, e-
tiam interiores partes penitus ab-
stergat: & si posterior pars arugi-
nem contrahat post absterfionem, in-
teriores quoque idem patiantur, &

T 6 si si-

si superficiē Veneris dealbat, & ab-
stergit Mercurius, etiam interiores
partes dealbet: & si extrinsecus eu-
nescit, etiam intrinsecus fugiat. Si
hiscē in rebus versati fuisset, iuuenes,
iacturam minus fecissent, iudiciōse
ad rerum actiones animum appli-
cantes, ignorant enim naturarum
antipathias, ut species una decem
permutat. gutta enim olei purpurā
latē commaculare, & parūm sul-
phuris multa comburere consuevit.
Hec ergo de medicinis, & quo nam
pactō oporteat scripto incumbere,
dicta sint.

Age verò liquores quoque dein-
ceps referamus. capiens Rhaponti-
cum contere in vino Amineo auste-
ro ad cere spissitudinem, & sume la-
minam lune, ut facias solem. cuius
frusta sint ampla unguis latitudine,
& hoc pharmaco rursus frequentius
uteris, & pone in vase vacuo, quod
illi-

illiniens undique, succende sensim,
donec media pars absumatur. po-
ste à pone laminam in reliquis medi-
cina, & sine cum vino predicto, quo-
usque succi tibi liquor appareat. huc
conijce statim laminam nondum re-
frigeratam, poste à sine, ut ebibat, de-
inde accipe eam, & pone in crucibu-
lo & inuenies solem.

Si verò Rha sit vetustum tem-
pore admisce ipsi elydri partes aqua-
les prius parans, ut moris est. ely-
drium enim cum Rha cognationem
habet. Natura natura gaudet.

Recipe crocum Cilicia, & relinque
unà cum flore croci, cum predicto
succo vitis, & facias liquorem, ut fie-
ri solet, tinge argentum sectum in la-
minas, donec tibi nitens videatur.
At si area lamina fuerit, prò stàtius
erit, sed prius purga as, ex more. De-
inde capiens aristolochie herbe par-
tes duas, & croci & elydri duplum,
fac.

fac, ut ceroti spissitudinem habeat,
 & inungens lamina, & fac ut prius,
 & mirabere, etenim Cilicie crocus
 eandem cum Mercurio operationem
 habet, ut item casia cum cinamomo.
 Natura naturam vincit.

Capiens plumbum nostrum ni-
 tiens factum per terram Chiam, &
 pyritem, & alumen, combure paleis,
 & funde in pyritem & crocum, &
 cnicum & acumenicum florem con-
 tere cum aceto acerrimo, & fac li-
 quorem, ut moris est, & infunde plum-
 bum, & sine ebibat, & inuenies solem.
 habeat autem compositio etiam pa-
 rum sulphuris viui. Natura enim
 naturam vincit.

Hec ratio Hepammenis est, qua
 ostendit sacerdotibus Aegyptijs, &
 usq; ad horum philosophorum tem-
 pora permanet, materia auri confi-
 ciendi, ne autem miremini, si res una
 huiusmodi mysterium operatur. Non-
 ne vi-

ne videtis, ut multa medicina vix etiam temporis progressu possunt vulnera ferro illata conglutinare? at stercus humanum non longo temporis intervallo id prestat, & ambustis multa adhibita medicamenta sæpè nihil proderunt, plerumque dolorem nihil minuunt, calx verò sola rectè parata morbum pellit, & ophthalmiam, si varia medicamenta adhibeantur, ledere sæpius solent, at rhamnus planta, cum ad omnem eiusmodi egritudinem faciat, eam optimè curat. Oportet igitur contemnere vanam & intempestivam materiam illam, sed rebus tantum naturalibus uti. Nunc verò ex his quoque indicate, quòd sine prædictis naturis nemo operatus est unquam. Si autem sine his fieri nihil potest, cur multarum rerum fluxam desideramus, quid nobis etiam multarum specierum concursus ad eandem

dem rem opus est, cum res una ceteris omnibus antecellat? proinde videamus compositionem specierum, ex quibus argentum confici possit.

Argentum vivum ab arsenico, vel sandaracha, velur scis, fige, ut moris est, & admisce Venere ferro sulphurato, & dealbabitur. idem etiam prestat Magnesia dealbata, & arsenicum sublimatum, & cadmia usta, & sandaracha ignem non experta dealbata. & cerussa torrefacta simul cum sulphure. ferrum autem solues magnesiā coniiciens, vel sulphuris dimidium, vel magnetis parum: nam magnes habet cum ferro affinitatem. Natura natura gaudet.

Capiens predictam nebulam coctes cum oleo cicino, vel raphanino commiscens parum aluminis, postea capiens stannum, purga cum sulphure, ex more vel marchasita, vel,
ut tibi

ut tibi notum est, & iniice in nebulam, & miscens omnia assa carbonibus relictis, & videbis hanc medicinam fieri p̄smithio similem. qua dealbat omne corpus. sed in iniunctionibus, admisce illi terram Chiam, vel Asteritem, vel Aphroselinum, vel, ut scis. nam Aphroselinum cum Mercurio sociatum omne corpus dealbat. Natura naturam vincit.

Recipe magnesiā albam, & dealbabis ipsam muria, & alumine, in aqua marina, vel succo citri, vel fuligine sulphuris. Nā sulphuris fumus cū sit albus, omnia dealbat. Alij verò tradunt fumū etiam cobaltiorū illā dealbare. admisce illi post dealbationē fecis partes equales, ut satis alba fiat. & capiens eris subalidi, orichalchi inquam vnc. 4. pone in crucibulo subijoiens parum stanni prius purgati vnc. 1. paulatim agitando, donec substantia coniungantur: erit
fran-

frangibile, conijce igitur albe medi-
cine dimidium, & erit precipuum,
magnesia. n. dealbat a nō finit, ut cor-
pora frangantur, vel, ut eris nigre-
do foras emergat. Natura naturam
retinet.

Recipe sulphur album, dealbabis
verò illud urina soluens in sole, vel a-
lumine & muriæ salis, florebit quam
candidissimum, solve ipsum cum
sandaracha, vel urina iuencula
dies sex, donec medicina ad marmo-
ris similitudinem propius accedat,
& si ita fiat mira res erit, nam Vene-
rem dealbat, ferrum molli, stanni
stridorem tollit, plumbum candidum
reddit, infrangibiles substantias, ac
permanentes tinturas facit. Sul-
phur enim sulphuri admistum divi-
nas substantias facit, quippè cū
magnam habeant inter se cognatio-
nem. Natura enim naturis gau-
dent.

Deal-

Dealbatum verò lithargyrium,
iunge cum sulphure, vel cadmia, vel
arsenico, vel pyrite, vel oxymelite, ne
amplius fluat. Assa ergo ipsum car-
bonibus ardentibus luto vas muniēs:
habeat verò compositio etiam calcē
torrefactam, & aceto imbutam per
dies tres, ut maiore abstergendī vim
habeat. Impone igitur ipsum fa-
ctum cerusa magis album: sepius
verò fit etiam flauum, si illi abundē
ignis subministratur, sed si flauum,
fiat ad presens tibi non proderit, nā
mens est cum illo corpora dealbare,
vix igitur ipsum mediocriter, & ad-
miste omni corpori, quod dealbare
volueris: nam lithargyrium si deal-
batum fuerit, non amplius erit plum-
bum, facile verò fiet, nam citò plum-
bi natura in multas vertitur for-
mas. Natura enim naturas vin-
cunt.

Capiens crocum Cilicia pone cum
aqua

aqua marina, vel muria, & fac li-
 quorem, in quem igniens immerge-
 ris, vel ferri laminas donec tibi sa-
 tisfaciant, nam dealbantur. deinde
 sume medicina dimidium, & conte-
 re cum sandaracha, & arsenico al-
 bo, vel sulphure ignem non experto,
 vel ut scis, & fac, ut cera spissitudi-
 nem sumat, unge laminam, & pone
 in vase vacuo clauso, ut moris est, &
 locato in vase. ubi amenta urun-
 tur, tota die, postea tollens mitte in
 purum liquorem, & erit albisimum
 as. deinceps operare, ut artifex. na
 Cilicia crocus cum aqua marina de-
 albat, cum vino vero metalla flauo
 colore tingit. Natura natura gau-
 det.

Recipe lithargyrū album, & con-
 tere ipsum cum frondibus lauri, &
 cimolia, & melle, & sandaracha al-
 ba, & fac, ut strigmenti crassitudi-
 nem habeat, & imūge medicina di-
 midium,

midium, & succende, ut moris est. immerge in reliquum medicinae. solvens aqua cineris alborum lignorum. nam miscellanea soluta bene sine igne operantur. hac liquoribus talia fiat, ut igni resistere queant. Natura enim naturam vincit.

Capiens praescriptam nebulam, conterere cum alumine & misy, aceto abluens ipsi adijcitur etiam aliquantulum alba cadmia, vel magnesiā, vel calcem inextinctam, ut fiat corpus à corpore, & misce cum melle albisimo, & fac liquorem, in quem ignitum quodcumque volueris, immerge. ac relinque deorsum, & fiet. habeat autem compositio & parū sulphuris vini, ut medicina pervadat, ac penetret. Natura naturam vincit.

Recipe arsenici unc. 1. & nitri unc. 4. & corticis foliorum tenellorum persea unc. 2. & salis dimidiū, & succi

Et succi mori unc. i. scissilis partes
auales, tere simul cum aceto, vel
vrina, vel calcis inextincta vrina,
donec fiat liquor, in hunc nigrican-
tes Veneris laminas candentes im-
merge & nigredinem tolles. Natura
naturam vincit.

Habetis omnia, qua ad aurum, &
argentum requiruntur, nihil relin-
quitur, nihil deest, praterquam ne-
bula & aqua eleuatio, sed hac libens
omisi, cum libere in alijs etiam
meis scriptis pertradarim.

In hoc scripto
valete.

(:·:)

SYNESII PHI-
LOSOPHI AD DIO-
SCORVM IN LIBRVM
DEMOCRITI.
Scholia.



Faint, illegible text or bleed-through from the reverse side of the page, appearing as ghostly lines of script below the decorative ornament.

DIOSCORO SA-
CERDOTI MAGNI
SERAPIDIS IN A-
LEXANDRIA
Deo fauente.

*SINESIVS PHILO-
sophus.*

S. P. D.

do



PISTOLAM
am ad me missam
de diuini Democri-
ti libello non negli-
genter accepi, sed
magna cura, ac la-
bore meipsum cōficiens, in te omnem
meam cogitationem contuli. Unum
igitur proposuimus nobis dicendum
esse. Quis nam fuerit ille Philoso-
phus Democritus domo Abderites,
qui

qui cūm esset Physicus res omnes natura-
les rimatus est ac de illis secun-
dum naturam conscripsit. Abdera
vrbs est Thracia, ex qua fuit vir sa-
pientissimus: qui, cūm in Egyptum
peruenisset, sacris initiatus est a ma-
gno Ostane in tēplo Memphis simul
cum omnib. Egypti sacerdotibus,
hinc sumpta occasione conscripsit li-
bellos quatuor de tinctura solis, & lu-
na, deq; lapidibus, & purpura, sum-
pta inquam occasione, conscripsit de
magno Ostane, ille enim primus fuit,
qui literarum monumentis consigna-
ret, quod Natura natura gaudet, &
natura naturam vincit, & reliqua.

Ceterum nobis opus est inuestiga-
re, & discere, quanam sit h c senten-
tia, quae in ipso consecutionis series.
Quod igitur duos catalogos effecerit
de albo, & nigro, perspectū nobis est.
ac prius sane solida numeravit: de
inde vero liquores, hoc est humida,
V nulla

nulla harum rerum in arte sumpta.
 ipse enim de magno Ostane loquens
 confitetur hunc virum nec iniectiones,
 nec affationes Egyptiorum in
 usum adhibuisse, sed extrinsecus sub-
 stantias colorasse, & ab ignitis corpo-
 ribus medicinas separasse. Dixit au-
 tem ille viguisse apud Persas hanc
 consuetudinem, eius autem sententia
 hac est, quod nisi attenuas substanti-
 as, & soluas, & in aquam conuertas,
 operam ludes. ad viri igitur verba
 veniamus. Colligite raphonticum, at-
 tende quam magna fuerit viri pru-
 dentia, ab herbis exorsus est, ut flo-
 rem comminisceretur: herba enim
 florida sunt. Dixit verò Raphon-
 ticum, quòd quemadmodum a pon-
 to defluunt flumina, omnia quoque
 flumina in ipsum labuntur, palam
 ergò nobis faciens significat conuer-
 sionem in aquam, nigredinem, &
 corporum, id est, substantiarum at-
 tenua-

tenuationem. Quomodo, inquit Di-
 oscorri, nos iureurando deuinxit, ne
 alicui rem tantam liquido declare-
 mus. Rectè ait, Nemini, hoc est, nulli
 imperito. illud enim verbum Nemi-
 ni non de omnibus pradicatur, ipse
 nanque hoc de imperitis, & rudibus
 dixit. cerne enim, quid in chrysopeia
 initio tradiderit. Mercurius à cina-
 brio, & chrysocolla. D. & his ne opus
 est? Sy. Non Dioscore. D. Quid igitur
 opus est? Sy. Audisti, sed rursus ac-
 cipe solutio corporum est, ut illa sol-
 uas, eademque in aquam redigas, ut
 fluant, & nigrescant, & attēuentur:
 hoc enim vocatur aqua sulphuris, &
 Mercurius, & chrysocolla, & sul-
 phur ignem non expertum, cunctisq;
 alijs nominibus appellatur. Dealba-
 tio est cōbustio, & citrinatio à mortu-
 is excitari. ipsa enim se ipsa cōburūt,
 & ipsa se ipsa viuificat. Philosophus
 vero multis ipsa nominib⁹ appellauit

V 2 ali.

aliquando quidem vnius aliquando
verò multorum numero, vt nos
exerceat, & videat si prudentes si-
mus. nixit enim progrediens ita. Si
fueris prudens, & feceris, vt lueris
extat. eris beatus, hac enim ratione
paupertatem morbum insanabilem
superabis. Reuocans igitur, & ab-
strahēs nos à vano errore, vt animū
nostrum à rerum multitudine abdu-
ceret. Attende verò, quidnam in li-
belli initio dixit. Venio ego etiam in
Egyptum naturalia ferens, vt re-
rum sylvam cotēnatis. naturalia ve-
rò appellauit solida corpora. nisi. n.
illa soluantur, ac rursus coniungan-
tur, nunquam res ad finem perducen-
tur. & quo intelligamus ex solidis
corporibus aquas, hoc est florem su-
mi, vide quomodo dixerit. Que ve-
ro sunt in liquoribus. Crocum cilici-
um, Aristolochiam, & reliqua. cum
flores diceret, planum nobis fecit
aquas

aquas ex solidis sumi. Et quo nobis
persuaderet, rem ita se habere, post-
quam dixit, Urinam incorruptam,
dixit etiam, Aquam calcis viua, &
aquam cineris Brassica, & aquam
fecis, & aquam aluminis, & in fine
dixit, Lac canis, & manifestum no-
bis est, quod ex communi proficisci-
tur. Quae. n. corpora solunt, Attulit,
Aquam nitri, & aquam fecis, &
vide quemadmodum dixit. hac est
materia auri conficiendi, hac sunt,
qua materiam permutant, & in a-
liud metallum vertunt, quaeque igni
pugnancia reddunt: praeterea ve-
ro nihil est tutum, sicutur prudens
eris, & facies, ut scriptum est, eris bea-
tus. D. & quonam pacto philosophe
hanc viam possim inuenire, abs te
scire desidero. si enim praedicta se-
quar, nullam inde utilitatem conse-
quar. Sy. Audi Dioscore ipsum di-
centem: ac mentem tuam ex acue, &

V 3 atten-

attende, quomodo dixerit, conuerte
 ipforum naturā: natura enim intus
 latitat. D. o Synefie quam conuersio-
 nem dicis? Sy. Corporum inquam. D.
 & quomodo ipsam conuertam, vel
 quomodo ipsam naturam extrahā?
 Sy. Ex acue tuam mentem Diosco-
 re, & considera, quonam modo dicat.
 Si enim, vt oportet, gubernaueris, na-
 turam extrahes. Terrachia & aste-
 rites, cadmia alba, & reliqua. Vide,
 quanta sit viri prudentia, quomodo
 alba omnia tetigit, vt albedinem o-
 stēderet, quod ergo Dioscore inquit,
 hoc est, iunge corpora cum Mercu-
 rio, & seca in tenuem scobem, & su-
 me alium Mercurium, omnia enim
 Mercurius trahit ad se ipsum: &
 sine, vt digerantur per tres, vel qua-
 tuor dies. & loca materiam hanc
 in texta supra cinerem calidum, nec
 sit magnus ignis accēsus, sed in tepido
 cinere suavis calor, ita vt cera possit
 liquefcere. huiusmodi igitur ignis va-

vapore texta vas vitreum accommo-
datur, cuius mammilla alte se effe-
rat, rostrum vero deorsum vergat, &
cape aquam, quæ ascenderit per alē-
bicum, & serua, & putrefac. hac di-
citur aqua sulphuris. hac est cōuersio,
hec vocatur corporum solutio. hac
ratione naturam intus latitantem in
lucem proferes. hac aqua cum corru-
pta fuerit, vocatur acetum, & vinū
Aminicum, & similia, & quo admi-
reris hominis sapientiā. vide quomo-
do duos catalogos fecerit, auri, & ar-
gēti conficiēdi, et duos item liquores:
alterū quidē in flauo, alterū vero in
albo, hoc est, auri, & argenti, & voca-
uit solis catalogum Chrysopeiam, lu-
ne vero argenti confectiōnem. D. sat
bene dixisti Syneſie. sed ipsius artis,
quid nā prius est? dealbatio, vel ci-
trinatiō? Sy. Dealbatio potius. D. &
quamobrem citrinationem prius re-
censuit? Sy. Quoniā sol lune p̄fertur.

V 4 D. itane

D. ita ne ò Synesie faciendum est?
 Sy. Non Dioscore, sed ut nostra men-
 tis, & ingenij aciem exercerent, hac
 ita disposita sunt. Audi ipsum dicē-
 tem, quod sibi cum nobis prudentibus
 oratio est mentem nostram exercen-
 ti. Si vero vis exacte rem scire, duo-
 bus catalogis mentem adhibe: quod
 ante omnia Mercurius positus est, &
 in flauo, hoc est sole, & in albo, hoc
 est luna, & in sole quidē dixit, Mer-
 curius à cinabrio, in albo verò dixit.
 Mercurius ab arsenico, vel sanda-
 racha, & qua sequuntur. D. Diver-
 sus ergo est Mercurius Sy. Sane qui-
 dē diuersus est, cum vnus sit. D. & si
 vnus est, quo nā pacto est diuersus? Sy.
 Et diuersus est, & vim maximā ha-
 bet: nonne audisti Mercurium dicen-
 tem, fauus albus, & fauus rubeus?
 D. Audini equidem: quod autem
 scire Synesie cupio, hoc me doceto. Sy.
 Omnino ipse Mercurius omnes in-
 duit formas, quemadmodum enim

cera sumit quemcunq̄, colorem trahit, sic etiam Mercuris philosophice, ipse dealbat omnia, & omnium animas trahit, eademq̄, coquit, & rapit. ad instrumenta ergo aptatus, & in seipso humores habens, prorsus etiam corruptionem sustinens permutat omnes colores, & permanet, ipsis non permanentibus. immo vero ipso non subsistente tunc etiam continentur corporum, & subiectoꝝ rectionibus. D. Et que nam sunt hec ipsorum corpora & materia? Sy. Quatuor corporum cõpositio, & horum ea, que affinia sunt. D. Que sunt horum affinia? Sy. Audisti quod materia ipsorum anime ipsorum sunt. D. Et materia ergo ipsorum sunt ipsorum anime? Sy. Certe. quemadmodum enim faber si lignum capiat, solum facit, vel curru, vel aliud quidpiã, & materiam solum operatur, & ipsi nihil aliud artifex dat præter formam

V s man

*mā, sic & ars ipsa à Philoſophe. poſt-
 quam diuiſit illa. arrige aures o Di-
 ofcore. ſtatuarius expolit, vel ſecat la-
 pidē, ut idoneus ſit ad ſuū uſum. rur-
 ſus faber lignum ſecat, vel radit, ut
 fiat ſolium, vel rheda. & nihil aliud
 artifex adhibet præter formam. ni-
 hil enim eſt præter lignum. eodem mo-
 do, & aſ ſit ſtatua, ual circulus, uel
 quoddam aliud uas, artifice ipſo ni-
 liſt formam dante. ſic igitur Mer-
 curius arte elaboratus à nobis ipſe om-
 nem formam ſuſcipit, & fixus, ut di-
 ctum eſt, corpori ex quatuor rerum
 generibus conſtanti. fortis & firmus
 manet, continens & contentus, ob id,
 & Pibichius eum magnam aſſimila-
 tem dixit habere. D. Rectè hæc ex-
 plicatiſti, ac me inſtruxiſti. Volo igitur
 ad uiri uerba accedere, & ea, qua ab
 ipſo oblique dicta ſunt, à principio ui-
 dere. Mercurius ex cinabrio, omnis igitur
 mercurius ex corporibus ſit, hic
 autem*

autem ex cinabrio dixit. tanquā ma-
nifestū sit ipsum esse ex cinabrio. At
qui Mercurius ex cinabrio citrinus
est, ipse autem Mercurius est albus.
Sy. Aētū quidē albus est Mercurius,
virtute vero citrinus fit. D. Hoc ne i-
gitur dixit Philosophus? o naturae cœ-
lestes naturam creatrices mutationi-
bus naturas superātes. Sy. & hanc ob
causam dixit Nisi. n. permūtetur, id
quod expectatur, fieri non poterit, et
frustra laborant, qui materias explo-
rāt, & nō naturas corporū magnesie
q̄runt. licet enim poetis, & oratorib.
easde dictiones alia, atq; alia ratione
efformare. Corpus igitur magnesie di-
xit, hoc est substantiarū mixtionē. &
ob id p̄grediens ait, in principio, ubi
auri cōficiendi rationē docet. Capiēs
Mercuriū iſige corpori magnesie. D.
Ecce igitur p̄positus est Mercuri-
us. Sy. Sanē quidem, ob ipsum enim
omnia extrahuntur, atq; iterū adij-

V 6 cit,

cit, (& per gradus cuiuslibet rei institutum pertractauit) Chrysocholla, quod est batrachium inter lapides inuenitur, & quanam sit chrysocholla, id est batrachium, & quidnam significet, quod, & inter virides lapillos inuenitur, necesse igitur nobis est querere. Primò igitur scire debemus, quaecunque sunt colore viridia, & age iam, ut ab homine exordiamus, Homo enim omnibus animantibus in terra degentibus antefertur. dicamus igitur hunc pallentem pallidum affectum esse, & manifestum est, quod, ut ochra, mutatur illius forma, hoc est, ad aureum colorem, immo vero ad ipsius citri corticē, que est palloris species. hoc procedente oratione flauum arsenicum appellauit, ut palloris speciem ostēderet. Ut autem cognoscas, quomodo magna cum prudētia particulariter hoc dixit, animaduerte quanam ratione dicat

dicat. Mercurium à cinabrio corpo-
ri magnesia, postea infert Chrysofol-
lam, claudianum masculinum, nomē
rursus induxit masculinū, ut ipsam
à foemeninis se pararet, & post Clau-
dianum, arsenicum flauum duobus
flauis duo nomina foemina impo-
nens, postea duo masculina. Oportet
igitur nos inuestigare, et videre, quid
hoc sit, hic, quantū ego Dioscore suspi-
cor, unum putrefacit, deinde assu-
mit Cadmiam, postea Androdama-
ta, & Androdamas, & Cadmia sic
ca sunt, & ostendūt corporum siccita-
tem, & ut hoc planum faceret. Intu-
lit Alumen combustum. cōsidera,
quanta sit viri sapientia, hoc enim
dixit, ut prudentes intelligerēt, quo-
modo ipsos docuerit dicens. Alumen
ustum? fortasse vero, hoc etiam impe-
ritis voluit persuadere, ut autem, &
firmiora tibi essent, statim intulit,
Sulphur ignem non expertum, hoc
est

est sulphur incombustum. Totum id
 est, exiccata species infra. hoc est cor
 pora unum facta sulphur incomb-
 stibile appellavit, & postea infert. Py-
 rites dissolutus, & nullum ex alijs in-
 determinate confirmas. hoc verum
 est, quod sicca sunt ea, quae permanēt
 & haec distinguens infert. Sinopin pō-
 ticam à siccis ad humida trāsiciens so-
 nopin dixit Pōticam tamen addens,
 q̄ nisi addidisset, intelligi neutiq̄ potu-
 isset. hoc autē confirmans intulit, Sul-
 phuris aquam a thiclon. i. illibatam,
 à solo sulphure sulphur. D. Rectè hoc
 philosophè enodasti, sed attende, quo-
 modo dixit per calcem viuam. Sy. O
 Dioscore nō animum aduertis. Calx
 vna alba est, & aqua eiusdem alba,
 & acuta, & sulphur suffitū dealbat,
 declarationis gratia igitur statim
 subdit. Sulphuris fuliginem, non-
 ne haec nobis patefaciens? D. Certè
 bene dixisti. & deinceps Sorri cūri-
 num

num, & vitriolum citrinum, & cinabrium. Sy. Sori, & chalcantum citrinum non nosti esse viridia? cum igitur tetigisset Veneris aruginis ablationem, hoc est expurgationem, immò verò eam significaret, quæ totius est; ut à coloribus, hoc dixit. & rursus hoc confirmans in fine intulit. post ablationem rubiginis quæ vocatur aruginis expurgatio, tunc iniectis humidis sit firma citrinatione, & vere viri ingenitas hic ostensa est. Vide enim quomodo statim coniunxit cū distincta rerū explicatione usus esset, cū dixerit; Quæ verò in liquoribus. hæc sunt. Crocus cilicius, Aristolochia, Flos cinici, flos anagallidis. Quæ cyanicū fert florē. Quid hoc amplius dicere, aut referre potuerat, ut nobis persuaderet, quam per Anagallidis florem loquitur mirū enim mihi videtur quod non solum
Ana-

*Anagallidis, sed etiam floris memi-
 nerit. Anagallidis si quidem nomen
 innuit nobis, ut aquã extraheremus
 & ob florem horum animas, id est spi-
 ritus educeremus. Quod si hæc non i-
 ta se habeant, nihil est firmi & fru-
 stra infelices iacturam facientes, et
 in hoc pelagus demersi multos, & a-
 rumnosos labores subeuntes, nullum
 percipere fructum poterunt. Cur rur-
 sus etiam expers invidia philosophus
 ac bonus magister subdidit, Rha-
 ponticum? considera naturam viri inui-
 dia carentem. Rha ipsum dixit, &
 ut nobis persuadereti, intulit, Põti-
 cum. Quis enim philosophorum non
 intelligit, quod pontus est defusus à
 fluminibus undiq; circumclusus? D.
 Verè Synesie pravenisti, et hodiè ani-
 mum meum exhilarasti, non enim
 hæc sunt mediocria: hoc igitur, pre-
 cor, ut me praterea doceas, quam ob-
 rem superius dixit chalchantum ci-
 trinum?*

trinum? hic verò indefinitè cū viri-
di calchantho intulit. Sy. Sed hac ò
Dioscore flores significant: viridia e-
nim sunt. Quonia ergò aqua, qua e-
greditur eget fixatione, statim adiecit,
Gummi spina, postea subdit, vrinam
incompactam, et aquam calcis vine
& aqua cineris brassica, & aquam
aluminis, & aquam molybdochalci.
i. plumbi eris, & arsenici, & aqua
chalchanti. Vide quomodo omnia sol-
uendi, & vim habētia prius intulit
hoc scilicet nos docens corporum so-
lutionem. D. Et rectè dixisti, & quo-
nam modo in fine dixit, Canis lac?
Sy. Vt tibi ostēderet, quòd ex commu-
ni omnia sumuntur. Verè Dioscore
cogitasti. attē de verò quomodo dicit.
Hac est materia auri conficiēdi: que-
nam materia? quis ignorat omnia
hac esse fugacia? nec enim lac asini-
num, nec caninum potest cum igne
luctari: quoniam lac asini si in aliquo
loco per

loco per aliquot sufficientes dies repo-
 fueris, euanescet. Quid vero dictum
 illud est. Hac sunt, qua materiam per-
 mutant, hac faciunt, ut res cum igne
 pugnent, cum ipsa fugacia sint? Quid
 item illud verbum videtur? Prater
 hac nihil est tutum? ut infelices hac
 vera esse sibi persuadant, sed denuo
 audi, quid ipse dixerit. Et infer. Si
 prudens fueris, & feceris, ut scriptum
 est, per inde ac si dixisset, si sapias, ac
 recte, ut opus est, cogitaueris, eris bea-
 tus. & quid alibi dixit? Vobis pru-
 dentibus inquam oportet igitur nos
 mentem nostram exercere, nec com-
 mittere, ut decipiamur, ut egestatis
 insanabilem morbum euitemus: ne
 ab ipsa opprimamur, ne in vanam
 egestatem incurrentes accepto dam-
 no miseri efficiamur. exercere igitur,
 & exacuere mentem debemus. Quia
 ob rem vero subdit, iniectionem? non
 ob id dicit, que prius relata sunt, sed
 ani-

animi sensus explicat. ceterum rursus dicit . aliquando quidem solem ob chryso-corum, aliquando vero lunam per solem ; aliquando vero Venerem per solem . aliquando Saturnum , vel Iovem per molibdo-chalcum .. Ecce ipse nos ad artis gradus extulit . caueamus igitur , ne vanè ambulantes in foueam ignorantie significationum , que sunt apud ipsum , incidamus . magna enim viro inest sapientia . Nam postquàm ipse ait . Ipsa auri cõficiendi materia dicta sit , infert dicens . Age igitur deinceps etiam auri cõficiendi ratione plane doceamus , vt nobis ostenderet duas esse operationes . Quoniam , & argenti cõficiendi ratio omnibus prælatata est , & antecellit , & sine ipsa nihil fiet , audi ipsam hic rursus dicentem , Mercurius ab arsenico , vel calcantho , vel cerussa , vel magnesia , vel stinmi Italico . & superi-

*superius in auri consiendirationē
 dixit. Mercurius à cinabrio, hic ve-
 rò ait Mercurius ab arsenico, vel ce-
 russa, & reliqua, & quomodo potest
 cerussa Mercurius fieri? sed non di-
 xit, ut nos Mercurium à cerussa su-
 meremus, sed corporum dealbatio-
 nem, hoc est, conuersionem tangens,
 hoc dixit. hic enim cuncta alba reu-
 lit. ibi vero citrina. ut recte nos intel-
 ligeremus. vide quomodo appellauit
 corpus magnesia chrysocolla. hic ve-
 rò corpus magnesia tantum, vel sum-
 mi Italici et hæc nobis breuiter dicta
 sufficiant. Exercere prius mentem
 decet, ut natura operationes digno-
 scamus in rebus, quibus Deo fauente
 studemus. oportet igitur nosse prius
 rerum species liquefacere, & consti-
 tionibus consimiles in unū colorē con-
 uertere & duos Mercurios in argen-
 tum uiuum redigere, & ad putrefa-
 ctionem separare. Sed ope diuina cō-
 me ntandi initium faciam.*

PELAGII PHILOSOPHI DE EADEM
DIVINA, ET SACRA
arte.

MAIORES nostri
& sapientie amato-
res & prestanti do-
ctrina philosophi, di-
xerunt omnem ar-
tem sui finis causam in vita excogita-
ri, ut ars fabrilis cum una sit, ob id
est, ut faciat solium, vel arcam, vel
navigium ex una subiecta natura,
videlicet ligno. Ergo & ars tingendi
ob id excogitata est, ut tinctura qua
dam, & qualitatem imprimat, quod
& artis finis est, ac denique sciendum
est, recte à veteribus tradit, as non tin-
git, sed tingitur. & cum tingitur, tingit.
ob hanc rem item & cetera scriptura ela-
borat, ut as tingatur. Si enim tinge-
tur, tunc tingit. & si non tingatur, non
potest

potest tingere, ut dictum est: ob id in-
bēt as umbra carens fieri. ut umbra
sua abiecta possit suscipere tincturā.
vmbra vero aris intellige nigredi-
nem ab ipso insitam lune. nosti enim
as directum, & iniectum lune opa-
care ipsam foris, & intus. hanc ergo
nigredinem existentem in luna um-
bram scriptores vocant. & hanc ob
causam oportet preparari as, donec
non amplius possit nigredinem effun-
dere coniectum in corpus lune. sic as
preparari oportet. i. physicum solem
donec nullam nigredinem in argen-
to relinquat. Ideo enim & Demo-
critus dixit. pba as, si sit sine umbra,
Si enim non sit as sine vbra, ne accu-
ses as, sed te ipsum. pparatur autem
as per diuinam aquam pmistum, &
assatū, & ablutum. ablutur autem,
inqt, donec prorsus rubigo ipsius abi-
at. & hic memento philosophorū dicē-
tium. post aris aruginationē, et attenua-
tionem,

tionem, & nigredinem, & deinceps
albedinē tunc erit firma rubedo. sex
ope rationes factas cōsidera. fit igitur
rubigo ex diuina aqua. aruginatio
cūm antè abluitionem chrysolithus
permiscetur. extenuatio uero, cum in
chrysolitho conteritur. dealbatio an-
terea cum in leui lapide simul exicca-
tur. rubificatio fit, cum ea, qua rubi-
ficare possunt, coniunguntur, & in
paruis bouinis stercorebus imponan-
tur. hæ sex transmutiones fiunt in
ære ut tingatur. & si non fiant om-
nec, nihil fit. quoniam nisi fiat æs
sine umbra flauum, nihil fit. pri-
mūm igitur tinge, & transmuta,
& tere æs, & ita per diuinam
aquam facias perfectam arugi-
nationem. perfectam aruginatio-
nem intellige deaurationem in fer-
mento. hanc enim, etiam innu-
ens senior, dixit: Velut deau-
ratio-

deauratiouem faciens facias. qui ve
 ro hoc non facit. nihil agit. cum vide
 ris perfectam deaurationem in sul
 phure, tunc existima perfectam æru
 ginationem fecisse: non solum in su
 perficiem sulphuris efflorescentem, sed
 etiam in profundo: indicium igitur est
 incipientis æruginationis. Ærugina
 tio enim, que intus est, ipsa est vera æ
 ruginatio, que et rubigo solis interpre
 tat ac est, si non fiat ipsa æruginatio, ni
 hil fit. considera igitur, ut in profun
 do fiat, sin vero minas fiat, nec fit æ
 ruginatio, que etiam citrinatio dicta
 est potissimum philosopho dicenti. Su
 mens pyritem prepara, donec citri
 nus fiat, ubi ille pyritim as vocat, ob
 nat uram igneam insitam. quoniam
 sic fieri ipsum oportet, ut perfecta æ
 ruginatio fiat. & ita transeat ad æru
 ginationem. significat hic rursus, quod
 antequam fiat æruginatio, erit pri
 mum d. nigratio, & tunc sequetur
 æruoi-

aruginatio. Accipiens igitur chrysolitum
 unam partem, magnesia, cinabry
 partes tres, cōtere absq̄ aliquo humore:
 contere verò, donec simul coniungantur,
 & commisceantur substantia et nihil
 amplius sulphuris vini appareat, sit enim
 admodum nigrum, ut atramentum, quo
 scriptores utuntur. Hoc sine per tres dies,
 et coniciēs tūc in lauacro impone: ex
 liquore, qui solet abluere, partes
 aequales, et abluere, & cernes sulphur
 percurrens, et quomodo preparatur,
 & quomodo incubustibilem habet naturam.
 Chalcopyritem vocans plumbum, lapidem
 Etesium verò chrysolitum abluere donec,
 inquit, rubigo ipsius egrediatur, & sic
 abit, nihil ex are remanente in plumbo.
 hac magna purgatio vocatur. hac simul
 aruginatio & denigratio dicitur: denigratio
 quidē ob temperantiam denigrationē:
 aruginatio verò ob transitū ab arugine,
 et ob solutionē,

X

quam

quam etiam ablutionem vocat. Hac
 igitur accipiens in vasis relinque re-
 sidere, & exprimens liquorem, exic-
 ca quod subsidet, hoc inuenies, ut a-
 tramentum scriptorium, hoc conte-
 ras donec fiat citrinum perfectè, hoc
 conuerte, & infunde Resine partes
 quatuor, citrina partē vnā, plum-
 bi partē vnā, & humecta paulu-
 lum, donec fiat lutum, & contere, quo
 usque non appareat plumbum: & le-
 na, & ut lutū depones sub sole, & per-
 mitte exiccari: irriga paulatim, do-
 nec plumbum consumetur, & sine, ut
 arefcāt, atque hinc considerationem
 intende. Zosimus autem antiquus a-
 it. Vnum ordinem ego noui, duo verò
 opera habentē primum, ut fluat per
 resinā, secundo, ut exiccet humor
 Saturni, sic & nunc facito exiccando
 & ita ponas lapidis leuis partē aqua-
 lem, & contere cum aceto extracto
 per alembicum, donec albescat, donec
 candi-

candidum fiat. Vide igitur, ne dealbationis tempore deses sis. negligentia .n. illa accidit eò, quòd nò videtur illa pulchritudo: quoniã per hãc dealbationẽ sine umbra as fit, omnẽ suam terrestrem superfluitatem, & crassitiẽ corporis abiciens. Si igitur as dealbatur spirituale fit, & deniq; nihil relinquitur, nihil desit nisi vt siccatur, & dealbetur. Sic considera omnia, quae fũdi queunt, omnia refugiunt, & nihil permanet, prater quam Chrysolithus, et Saturnus, et Etesius lapis, qui vocatur chrysolithus: dulcificans medicinam et exiccans, & reponet, et medicinam ex aqua: chalchanti partes tres, magnesia partẽ vnã, ex aqua medicina partem vnã, cõtere simul irrigans ad solem cum aceto albo dies sex, & postea exiccans pone in fimo bouino, & sine, vt vrantur per dies duos, vel tres, & tollens ab igne inuenies aurum tinctum rubrum, vt san-

X 2 guinem

guinem, hoc est, cinnabari philosopho-
 rum, & as clarū citrinum. Hic me-
 mento, quomodo dixit senior: Es cla-
 rū factum omne corpus tingit. ob id
 philosophus ait quid vobis, & multa-
 rum rerum sylva? cum una sit mate-
 ria naturalis, et una natura, que om-
 nia superat? & intelligamus per na-
 turalem materiam ipsum solem secū-
 dum naturam significare: hic enim
 sol secundum naturam omnia subiecta
 corpora vincit, verbi causa inunctus
 ferro, aut ari ipsorum superficie vin-
 cit sol secundum naturam apparens.
 Tunc igitur per diuinam aquam solu-
 tus et fermentatus, ut fermentum pa-
 nis, ac deinceps etiam chrysolitho e-
 quis partibus cōrito, & aqua soluta
 secundum naturam suam per fluxio-
 nem, & chrysolitho suscepto cum con-
 nexione rei naturalis. Zosimus, Na-
 turalis sol, inquit, spiritualis factus
 per chrysolithum secundū naturam
 tingit,

tingit, & quod etiam argētum si dis-
soluamus per aquam, & spirituale fa-
ciamus per chrysolithum as tingit al-
bum: hoc enim & alijs verbis dixit.
Dua enim tinctura nulla alia re inter
se differūt nisi colore tantūm, hoc est,
vnā quidem, eandemq; preparatio-
nem habent, qua, & per diuinā a-
quam prius conteruntur, postea verò
per chrysolithū spiritualis medicina
fiunt. Differūt verò colore, quoniam
vnumquodq; ipsorum secundum pro-
priam naturam tingit. sol quidem so-
lem, luna verò lunam: non audis anti-
quissimum philosophum dicentē? Qui
seminat frumentum, frumentum ge-
nerat, & metit, & sol solem producit,
& luna lunam generat. ob id et senior
dixit. Ut amur naturalibus: sciēdum
verò est aurum quidem naturaliter
tingere, non autem priusquam ipsa
aqua beneficio soluatur, et postea per
chrysolithum spiritus fiat: secundum
naturam

naturam enim et solidum corpus vo-
 catum, opus est prius dissolui, et postea
 spiritum fieri, et ita omne natura corp
 tingit. alia enim duo suapte natura
 fugacia & combustibilia in igne absu-
 muntur, unde senior dixit Zosimus.
 Quonia enim idem mysterium est solis
 tincturae cum corpora sint spiritus sunt,
 ut in tincturis spiritualiter tingat, &
 non inferant receptaculum. cum enim
 solida sint, non possunt tingere, nisi pri-
 us extenuentur, & in spiritum redi-
 gantur. Extenuat vero ipsa primum
 aqua diuina: in spiritum vero redigit
 postea chrysolithus. Notemus igitur
 quod cum due sint tincturae secundum
 duorum corporum proprietatem alia
 in medio sunt tincturam suscipientia,
 & impertientia. suscipientia quidem
 ea, qua solunt, & in spiritum redi-
 gunt, impertientia vero, qua ipsa per
 fornacem solunt. Et denique obser-
 uandum est, quod quemadmodum
 intinctus

inunctus Sol, vel Luna, vel Mars,
vel Venus non retinet tincturam, nisi
liquoribus prius irrigetur: quin etiam
ipsa medicina, qua potest alia irriga-
re, in liquore irrigetur, ut adstrin-
gendi vim tinctura asperciat, et im-
mersa in profundum, adstringat, et
contineat ibi in profundo corporis so-
luta medicina: ob id natura natura
gaudet, & c. considera enim haec &
in corpore sumpta, & in divina aqua
& in chrysolitho, & in liquoribus ad-
stringentibus. An non gaudet natura
aqua alta, & densata & aucta? an
non gaudet, & splendet aë, cum o-
pacum, & minus splendet natura
delectabili, & nitidissima aquae na-
tura? an non vincitur natura crassio-
ris, & terrestrius corporis à natura
chrysolithi existente spiritali, et ae-
rea? an non vincitur adstringentibus
liquoribus, ut inunctus solet Luna in
Marte, vel Venere. Hac omnibus

X + commu-

communiter fateri necesse est, inun-
ctus Sol, aut Luna non retinet, cum
verò adstringatur, & deinceps inun-
gatur, tunc ipsius adstringentis vir-
tutem retinet sed diceret quispiã hæc
secum, si Sol, aut Luna velut duo tinctu-
rarum efficientia fiunt medicine, quo
modo consequetur rubigo, & arugina-
tio, & attenuatio, & denigratio: dein-
de sic postea dealbatio, ac tandem fir-
ma citrinatio, et quæ antea scripta sunt?
et respondemus, omnia hæc sequi vir-
tute secundum vtrorumque scriptu-
ras. Quoniam enim dictum est, quod
rubigo vocatur dissolutio facta in di-
uina aqua, virtute consequitur in a-
qua, et aruginatio, et extenuatio, et de-
nigratio, et dealbatio, ubi vero postea
firma sequitur citrinatio, non solum
virtute sed etiam operatione cuncta
consequuntur, antequam Sol fiat albus,
deinceps verò firma citrinatio, donec
spiritualis omnino perficiatur, et sub-
intelli-

intelligatur. Et rursus recte ait philosophus dicens: ò natura cœlestes, nature creatrices creationis enim instar sunt duorum sulphurum natura, et secundum humiditatem temperamenti, et secundum siccitatem substantia terrestres corporum naturas spirituales, et tingendi vim habentes effecerunt. cœlestes enim horum sulphurum natura non interpretatur, ut quæ possint attolli, ob id deinceps ait, nihil relinquatur, nihil deest, nisi nebula, & ~~per~~ eleuatio? peride ac si dixisset, nihil aliud est, quod expectatur, nisi ut uentiletur corpus, ut nubes aqua, ut ab eo rursus aqua extrahatur, et ecce totum est in vno elemēto. Artis verò Gracæ interpretatur leuatio, cum sublimatur, & eleuatur aqua aspergo ex corporis connexionē: in commixtione vero faciendā mortario, et ligula contenti sumus in duabus tincturis: in axe vero, obseruatione eius, qui plan-

X 5 tandi

randi studio tenetur. Patet itaq; de
hoc loquutum esse Zosimum, dicen-
tem: Arborem excultam, plantam ir-
rigatam, & aquarum ubertate cor-
ruptam et aeris humore, et calidi-
tate auctam flores proferre &
magna dulcedine, & qualita-
te nature fructus
edere.

F I N I S.

